

ne cum sint diuersorum corporum qualiter tamen non potest esse de superficie eiusdem corporis et consequenter de punctis respectu linee. Ad tertium respondeo negando quolibet illarum consequentiarum pro quibus omnibus dico quod sicut impossibile est punctum extremalem corrumpi nisi corrumpantur partes linee ut dictum est. Ita etiam impossibile est addi punctum nisi addantur infinite partes lineales. Ideo additur diuisibile et indiuisibile precise: quare sequitur quod diuisibile non componitur ex indiuisibilibus et sic argumentum non procedit.

Secunda conclusio est ista: plato erit albius quam sortes et tamen platonumquam erit albius sorte: probatur et pono quod sortes et plato in principio istius hore sint equales et quod manebunt equales per totam istam horam et continue augmententur equaliter sic quod sortes in ultimo instanti istius hore corrumpetur platone manente. Isto posito patet prima pars conclusionis: quia instanti corruptionis sortis plato erit maior quam unquam erit sortes ex quo sortes nunquam habebit tantam quantitatem quam tunc habebit plato pro illo instanti: secunda pars etiam conclusionis patet: quia ad hoc quod plato erit maior sorte requiritur quod in aliquo instanti plato erit maior sorte sed hoc est falsum: quia non ante ultimum instans nec in ultimo instanti: igitur nunquam quod non ante ultimum instans patet: quia continue ante ultimum instans sortes et plato erunt equales: nec etiam in ultimo instanti: quia tunc sortes non erit. Ideo licet plato habebit maiorem quantitatem quam habebit sortes non propter hoc sequitur quod erit maior illo: quia non acquirere maiorem quantitatem quam sortes. Unde posito cum toto casu quod uterque si remaneret in fine foret tripedalis quantitatis: tunc dico quod sortes acquireret tripedalem quantitatem ante ultimum instans: et similiter plato: veritatem neutro tripedalis quantitatis: erit acquisita ante ultimum instans. Et sic conceditur quod uterque acquireret tripedalem quantitatem antequam ipsa erit acquisita: quia uterque illorum acquireret tripedalem quantitatem ante ultimum instans sed ipsa nunquam erit acquisita ante ultimum instans sed primo in ultimo instanti. Sed contra ista dicta arguitur sic: primo probando quod neuter illorum acquireret quantitatem tripedalem ante finem illius hore: quia non ante medium instans nec in medio instanti: nec post medium instans acquireret aliquis illorum tripedalem quantitatem: igitur nunquam: unde simus in medio instanti et arguitur sic: Ista quantitas prius fuit acquirenda ab aliquo illorum et iam non est acquisita ab aliquo eorum: igitur adhuc remanet acquirenda: consequens falsum.

Secundo arguitur sic quod sortes acquireret aliquam quantitatem que nunquam erit acquisita: quia sortes acquireret tripedalem quantitatem que nunquam erit acquisita: quia ipse nunquam erit tripedalis quantitatis. Ad primum respondeo concedendo quod aliquis illorum ymo uterque illorum acquireret tripedalem quantitatem ante finem illius hore: non tamen in aliquo instanti nec in aliqua parte illius hore sed in tota hora acquireret tripedalem quantitatem et in parte hore partem illius tripedalis quantitatis: quia id est dicere acquireret et complete acquireret: ideo quia non complete acquireret aliquis illorum illam quantitatem in aliquo instanti nec in aliqua parte istius hore. Ideo neuter illorum acquireret illam quantitatem in aliquo instanti nec in aliqua parte istius hore: sed adequate in tota hora. Et quando arguitur quod nec in medio instanti: nec ante nec post: ergo nunquam negatur consequentia. Sed esto quod simus in medio instanti nego illam consequentiam ista quantitas prius fuit acquirenda ab aliquo illorum et iam non est acquisita ab aliquo eorum: igitur remanet acquirenda: sicut non sequitur: isti duo homines fuerunt videndi a te et adhuc non sunt visi a te: igitur adhuc remanent videndi a te posito quod unum sit visus a te et alius non. Ad secundum dico quod tripedalis quantitas quam sortes acquireret ante finem illius hore erit acquisita non sorte sed eius cadaveri quia illud cadaver in fine erit tripedalis quantitatis. Et ideo ille sortes acquireret

tripedalem quantitatem non sibi sed eius cadaveri: plato vero acquireret tripedalem quantitatem sibi: quia manebit pro fine. Et sic conceditur quod sortes acquireret aliquam quantitatem quam nunquam habebit: sed non acquireret aliquam quantitatem sibi quin illam habebit: et sic acquireret aliquam quantitatem quam non acquireret sibi. Sed hoc dicunt quidam quod sortes habebit tripedalem quantitatem ante finem sed tamen in nullo instanti: sicut acquireret illam et in nullo instanti. Contra istam responsionem arguitur sic: et signo illam tripedalem quantitatem que erit ante finem illius hore et tamen in nullo instanti: et signo totum tempus antequam erit et totum tempus per quod erit et instans copulans illa duo tempora simul: tunc illud instans vel erit ante finem hore vel in fine. Si primo modo habetur propositum quod illa erit in aliquo instanti ante finem. Si in fine habet iterum propositum scilicet quod illa non erit ante finem. Item signo unum corpus quod successive generabitur quod erit. b. et quod illud erit complete generatum in fine istius hore: tunc per responsionem. b. erit ante finem illius hore: quo dato sequitur quod. b. corpus incipiet esse et tamen in nullo instanti quod est manifeste falsum. Item sequitur quod aliqua duo simul erunt et tamen in nullo instanti: quia sortes et illa tripedalis quantitas erunt ante finem illius hore: et tamen nunquam simul erunt ante finem illius hore: quia nunquam ante finem illius hore erit sortes tripedalis quantitatis. Item sequitur ista conclusio: quod aliqua fuerunt immediata que in nullo instanti fuerunt immediata: posito quod sortes et plato distarent et appropinquabunt per totam illam horam quousque se tangant: tunc simus in ultimo instanti: et sequitur quod sortes et plato fuerunt immediati et tamen in nullo instanti. Ideo dicitur omnino sicut prius quod plato acquireret ante finem maximam quantitatem quam ipse habebit: sed sortes nunquam acquireret maximam quantitatem quam ipse habebit: quia nulla erit maxima quam ipse habebit: quoniam ipse habebit omnem quantitatem citra tripedalem cum tripedalis quantitas erit minima quam non habebit.

Tertia conclusio est ista: sortes in infinito erit albius quam plato incipit esse albus et tamen solum modo per finitum ipse erit albius quam plato incipit esse albus: probatur conclusio et pono quod sortes et plato nunc primo incipient esse albi et sit neuter eorum albus: et intendatur eorum albedines equaliter ceteris paribus: isto posito patet prima pars conclusionis: quia sortes plus quam in duplo erit albius quam plato incipit esse albus et plus quam in triplo erit albius quam plato incipit esse albus et sic deinceps: igitur sortes in infinitum erit albius quam plato incipit esse albus. Secunda pars etiam patet: quia sortes per finitum erit albius quam plato incipit esse albus et per nullum alium gradum quam per gradum finitum erit ipse albius quam plato incipit esse albus: igitur solum modo per finitum erit ipse albius quam plato incipit esse albus. Contra primam partem conclusionis arguitur sic. Si in infinitum erit sortes albius quam plato incipit esse albus: et plato incipit esse albus: ergo sortes in infinitum erit albus: consequens falsum: quia solum modo finite erit albus cum nunquam gradum infinitum albedinis habebit vel accret. Secundo arguitur sic: Si sortes in infinitum erit albius quam plato incipit esse albus: igitur plato in infinitum incipit esse minus albus quam tunc erit sortes: et si sic: igitur cum plato nunc non sit albus ipse immediate post hoc erit in infinitum minus albus quam erit sortes quod est impossibile. Tertio arguitur sic gradu finito plato incipit esse albus: sed solum modo gradu finito sortes erit albus: igitur sortes non in infinitum erit albius quam plato incipit esse albus: consequentia patet cum minor maior probatur: quia plato incipit esse albus gradu finito: igitur eodem gradu ipse incipit esse albus. Et confirmatur: quia sequitur: sortes erit albius quam plato incipit esse albus: ergo sortes aliquo gradu erit albus: et aliquo gradu plato incipit esse albus: consequentia patet a simili: quoniam bene sequitur: sortes est albius platone: igitur sortes

aliquo gradu est albus & plato similiter aliquo gradu est albus quare &c. Quarto arguitur sic: Soz. non erit albio: q̄ plato incipit esse albus: ergo nō in infinitum erit albio: &c. antecedens sic: quoniam si soz. erit albio: q̄ plato incipit esse albus & iam non est albio: q̄ plato incipit esse albus: igitur incipit vel incipiet esse albio: q̄ plato incipit esse albus: consequens est falsum: igitur & antecedens nō minus: igitur maior. Et q̄ consequens sit falsum probat: primo q̄ soz. non incipit esse albio: q̄ plato incipit esse albus: quia soz. & plato incipiunt equaliter esse albi vt patet ex casu: igitur soz. incipit esse precise ita albi sicut plato incipit esse albus. Et vltra igitur soz. non incipit esse albio: q̄ plato incipit esse albus. Qd̄ autem soz. nūq̄ incipiet esse albio: q̄ plato incipit esse albus probatur: q̄ si sic: sit ergo q̄ in .a. instanti post hoc instās. Et arguo sic: soz. & plato erunt eque albi in .a. instanti: & plato erit albio: in .a. q̄ nunc incipit esse albus vt patet ex casu: q̄ continue intenditur albedo in platone: igitur soz. erit albio: in .a. q̄ plato incipit esse albus. Et vltra igitur ante .a. erit soz. albio: q̄ plato incipit esse albus: igitur in .a. nō incipiet esse soz. albio: q̄ plato incipit esse albus qd̄ erat probandum. Contra secundam partem conclusionis arguitur sic: Non est dare maximum excessum per quem soz. erit albio: q̄ plato incipit esse albus: igitur non per solum finitum soz. erit albio: quam plato incipit esse albus: consequentia patet: & antecedens probatur: quia quocunq̄ excessu dato quo soz. erit albio: q̄ plato incipit esse albus non p̄ illū precise erit soz. albio: q̄ plato incipit esse albus.

Ad hec argumenta respondet. Ad primum concedo q̄ in infinitum erit soz. albio: q̄ plato incipit esse albus. Et vterius nego consequentiam illam q̄ inferē q̄ soz. erit in infinitum albus. Et causa est: q̄ nullus erit primus nec remississimus gradus albedinis in platone per quem sine medio albedo in platone comparabitur albedini que erit in soz. Et si arguitur probando illam consequentiam: quia comparatum presupponit suum positum. Dicitur concedendo: propterea bene sequitur soz. in infinitum erit albio: q̄ plato incipit esse albus: igitur soz. erit albus: quia comparatum sumptum cum determinatione non presupponit suum positum cum eadē determinatione & maxime quia non fit comparatio inter aliquos certos gradus albedinis. Ad secundū dicitur negando consequentiam primam. Sed seq̄ q̄ in infinitum incipit plato esse minus albus q̄ erit soz. & hoc est verum: quia plusq̄ in duplo minus albus incipit esse plato q̄ erit soz. & plusq̄ in triplo minus albus incipit esse plato q̄ erit soz. & sic in infinitum quare &c. Ad tertium nego q̄ gradu finito plato incipit esse albus: sed bene concedo q̄ incipit esse albus: gradu finito ex quo non sequitur q̄ aliquo gradu plato incipit esse albus: q̄ arguitur a termino stante confuse tantum ad eundem stantem determinate. Et tunc ad confirmationem nego consequentiam: Et tunc ad similitudinem non valet similitudo: q̄ in vna sit comparatio respectu alii cuius certi gradus albedinis & in alia non. Et ex alio q̄ in prima consequentia arguitur cuz terminis compositis & in scda cum terminis simplicibus. Ad quartū dico q̄ soz. incipit esse albio: q̄ plato incipit esse albus. Et tunc ad argumentum: soz. & plato incipiunt esse equaliter albi: igitur soz. incipit esse precise ita albus sicut plato incipit esse albus: nego consequentiam: q̄ soz. immediate post hoc nō erit precise ita albus sicut plato incipit esse albus: ymo erit albio: q̄ plato incipit esse albus: Et si arguitur sic: soz. incipit esse albio: q̄ plato incipit esse albus: ergo plato incipit esse minus albus q̄ soz. incipit esse albus: negatur consequentia: q̄ plato incipit esse albio: q̄ soz. incipit esse albus: ymo vterq̄ illorum incipit esse albio: q̄ ipsemet incipit esse albus: hec omnia patent per illud argumentum per qd̄ probatur q̄ soz. est albio: q̄ plato incipit esse albus. Ad argumentum contra secundam partem conclusionis respondeo concedendo q̄ solum per finitum soz. erit

albio: q̄ plato incipit esse albus: sed nō est dare maximum excessum: q̄ sub nullo gradu plato immediate post hoc erit albus. Ideo per nihil precise vel adequate erit soz. albio: q̄ plato incipit esse albus: sed de presenti est impossibile q̄ soz. est albio: platone & per nihil adequate: & causa est: quia si aliquis illorum est albus: est albus sub aliquo certo gradu: sed non sic est de immediate post hoc. Unde licet immediate post hoc erit albus sub aliquo gradu sub nullo tamen gradu immediate post hoc erit albus & sicut est de illo comparatio sic est de quocunq̄ alio nam omne totum est maius sua parte q̄titatiua: & tamen nō est dare maximam proportionem qua est maius sua parte q̄titatiua: quia omne totum in infinitum sua parte est maius vt patet per exponentes. Nam aliquod totum in infinitum sua parte est maius & nullum est totum quin illud in infinitum sua parte est maius: quia si non detur oppositum: q̄ aliquod est totum q̄ non in infinitum aliqua sua parte est maius: & sit illud .a. contra .a. plusq̄ in duplo aliqua sua parte est maius: & plusq̄ in triplo aliqua sua parte est maius: & sic in infinitum: igitur .a. in infinitum sua parte est maius: consequentia p̄ & antecedens similiter pro qualibet sui parte vt patet intuenti.

Quarta conclusio est ista: In infinitum citi⁹ erit aliqua pars pertransita q̄ ipsum .a. & tamen nō in infinitum tardi⁹ erit .a. pertransitum q̄ aliqua eius pars: hec conclusio probatur: & pono q̄ soz. incipiat pertransire .a. vel partem .a. sic q̄ in fine huius hore future erit .a. p̄mo pertransitū. Iste posito patet prima pars conclusionis: q̄ plusq̄ in duplo citius erit aliqua pars pertransita q̄ totum .a. & plusq̄ in triplo citius & sic in infinitum: igitur in infinitum citius erit aliqua pars pertransita q̄ totum .a. consequentia patet & antecedens similiter pro qualibet parte: quia immediate post hoc erit aliqua pars .a. pertransita: & non immediate post hoc erit .a. pertransitū sed in fine hore erit primo pertransitum. Secunda pars conclusionis probatur sic: quia si in infinitum tardius erit .a. pertransitum q̄ aliqua eius pars & cum aliquo tardi⁹ erit aliqua eius pars pertransita ergo in infinitum tardi⁹ erit .a. pertransitū quod est falsum: quia tardi⁹ pertransietur aliud ab .a. qd̄ erit pertransitum in secunda hore futura. Similiter si non sit ita: sequitur q̄ non prius erit prima pars proportionalis .a. pertransita q̄ secunda: consequens est manifeste falsum: & consequentia probatur: q̄ si in infinitum tardi⁹ erit .a. pertransitum q̄ secunda pars eius proportionalis & similiter q̄ prima & per consequens non tardi⁹ erit secunda pars proportionalis pertransita q̄ prima qd̄ erat probandum. Et iuxta hoc conceditur q̄ in infinitum tardi⁹ mouetur aliquis punctus in celo q̄ ipsum celum: & tamē nō in infinitum velocius mouetur celum q̄ aliquis eius punctus: quia omni velocitate qua mouetur ipsum celum mouetur aliquis eius punctus. Et omni tarditate qua mouetur aliquis eius punctus mouetur ipsum celum: non tamen ita tardi⁹ mouetur ipsum celum sicut aliquis eius punctus: quia infinita tarditate mouetur aliquis eius punctus: ideo ista consequentia non valet: omni tarditate qua mouetur aliquis punctus celi mouetur ipsum celum: sed infinita tarditate mouetur eius punctus: igitur infinita tarditate mouetur ipsum celum. Contra primam partem istius conclusionis arguitur sic: Immediate post hoc erit .a. pertransitum: igitur non tardi⁹ erit aliqua pars .a. pertransita q̄ ipsum .a. consequentia patet: & antecedens probatur: q̄ immediate post hoc erunt infinite partes .a. pertransite ergo immediate post hoc erunt omnes partes .a. pertransite. Et si sic immediate post hoc erit .a. pertransitum: consequentia prima patet: quia non plures q̄ infinite sunt omnes partes .a. Et secunda consequentia similiter patet: q̄ ipsum .a. non distinguitur a suis partibus collectiue sumptis.

Contra secundam partem conclusionis arguit sic: q̄

pars a. erit pertransita sed a. nunq̄ erit pertransita. igit̄ r̄c. consequentia patet cum maiori & minoꝝ probatur. Nam s̄oz. nunq̄ pertransibit a. ergo a. nunq̄ erit pertransitum a sorte. consequentia p̄z & antecedens p̄batur: q̄ s̄oz. nō pertransibit a. ante b. instans sit b. instans vltimuz istius boꝝ future nec in b. instanti nec post b. instans igit̄ nunq̄. Q̄ autē non pertransibit a. ante b. instans p̄z q̄ in nullo instanti nec in b. nec post b. q̄a tunc erit pertransitum. **C**Secundo arguit sic: In nullo instanti istius boꝝ erit ita q̄ s̄oz. pertransit a. spatium ergo s̄oz. non pertransibit a. spatium cōsequentia p̄batur: q̄ si s̄oz. pertransibit aliq̄d spatium oportet q̄ aliquando sit ita q̄ ipse pertransit illud spatium: eo q̄ propositio vera & affirmatiua de futuro relinquit sibi vnam veram de presenti: vt p̄z a simili. Sequitur enī s̄oz. curret: igit̄ aliquādo erit ita q̄ s̄oz. curret. Sed q̄ in nullo instanti erit ita q̄ s̄oz. pertransibit a. spatium probatur: q̄ non est possibile q̄ aliquod quod successiue fiet fiat instanti. Cum igit̄ a. spatium successiue pertransetur. igit̄ non est possibile q̄ a. spatium pertransetur in instanti. quare r̄c.

Ad argumentum contra primam partem conclusionis respondeo negando q̄ immediate post hoc erit a. pertransitum. Et tunc ad probationē nego illam p̄z: immediate post hoc erunt infinite partes a. pertransite. igit̄ immediate post hoc erunt oēs partes a. pertransite: q̄ licet oēs partes a. nō sunt plures q̄ infinite t̄m q̄libz pars a. est infinite partes que nō sunt oēs partes a. nec ip̄m a. Ideo q̄ imēdiate post hoc erit aliqua pars pertransita erunt infinite partes transite & nō oēs partes a. cum istud sit impossibile. **A**lter tamē solet r̄sideri negando q̄ immediate post hoc erunt infinite partes a. pertransite: q̄ in nullo continuo sunt infinite partes s̄m istam opinionē: sed bene in quolibet continuo sunt infinite partes p̄portionales & ex hoc dicit ista opinio non sequitur q̄ infinite partes sunt in continuo: q̄ arguitur ab inferiori ad suū superiꝝ cū distributione. Q̄ autē in nullo continuo sunt infinite partes arguitur sic: q̄ in nullo continuo sunt plures q̄ due partes: ergo in nullo continuo sunt infinite partes. p̄z a p̄z ex significatione terminoꝝ & antecedēs p̄bat sic: q̄ in nullo continuo sunt plures partes quā due medietates. p̄batur. Nam due medietates sunt quattuor q̄rte octo octauę: & sic in infinitū: q̄ totū est sue partes s̄ nullius continui sunt plures partes q̄ quattuor q̄rte octo octauę: & sic infinitum. igit̄ r̄c. **E**t sic bec opinio posset p̄babiliter sustineri t̄m q̄ est contra cōm modū loquēdi sustineo r̄sionem p̄oz: concedendo sicut prius q̄ immediate post hoc erunt infinite partes a. pertransite & q̄ in quolibz continuo sunt infinite partes: Et tunc ad arḡm. In nullo continuo sunt plures q̄ due partes ergo in nullo continuo sunt infinite partes. repondeo distinguēdo añs p̄pter duplicē sensuz. p̄t enim significare p̄mo q̄ nulla magnitudo est tot partes quin tot sint due partes: vel q̄ in nulla magnitudine includuntur tot partes: q̄n ē tot includant̄ in duabꝝ partibꝝ. **C**Secundo p̄t significare q̄ in nulla magnitudine est maior numerus partiū dualitate ita q̄ nulla talis magnitudo vlt̄ continuo habeat in se alias partes p̄ter illas duas. sc̄do mō cōcedo p̄z: & nego añs: q̄ falsuz est vt cullz p̄z. S̄z p̄mo mō nego p̄z: bec p̄p̄o infinite sūt partes in continuo significat q̄ non est tantus numerus partiū in continuo quin adduc sit maior illo q̄d veruz est. Et tunc ad probationē p̄z nego argumentū: q̄ si ille modus arguendi valeret posset argui q̄ in continuo nō sunt infinite partes p̄portionales q̄d est p̄ opinionē. p̄bat. In nulla magnitudine sunt plures q̄ due partes p̄portionales. ergo in nulla magnitudine sūt plures q̄ due partes p̄portionales: p̄z a t̄z per opinionē & añs s̄r p̄bat: q̄ due partes p̄portionales sunt due medietates & quattuor q̄rte & octo octauę & sic in infinitum: sed nullius continui sunt plures partes p̄portionales q̄ due medietates & quattuor quarte & octo octauę. igit̄ r̄c. **A**lterius v̄ q̄ bec dicta opi-

nio dicat repugnantia p̄cedendo q̄ in magnitudine sunt infinite partes p̄portionales & non infinite partes. Nam ē negatiue in oibus termis valz p̄similis p̄z a superiori ad suū inferior. sequitur. n. nō sunt infinita aialia. igit̄ nō sunt infiniti homines nō sunt infinita q̄ta. igit̄ nō sūt infinita bicubita vel tricubita: nō sunt infinite q̄litates. q̄ non sunt infiniti colores: & nullibi reperit̄ instātia. igit̄ ita in p̄posito sequitur: nō sunt infinite partes ergo nō sūt infinite partes p̄portionales: & per p̄z ex opposito sequitur sunt infinite ptes p̄portionales. igit̄ infinite partes. Et tunc q̄n d̄ q̄ ibidem arguit̄ ab inferiori ad suū superiꝝ cū distributione: negatur: eo q̄ ille terminus partes tam in ante q̄ in p̄nte stat confuse t̄m: & nō distributiue: q̄ ly infinitū terminū in se inclusuz confundit & distribuit & terminū explicitū imēdiate se sequentē cōfundit p̄fuse t̄m: mō nō est incōueniens q̄ ab inferiori ad suū superiꝝ stas confuse t̄m valeat p̄z. Sequitur enim formalr̄ oīs bō est animal. igit̄ oīs bō ē sub a. Et sic p̄z solutio. **A**d p̄m argumētū q̄ sc̄oz partē p̄z r̄ideo negādo q̄ s̄oz. nō pertransibit a. Et tunc ad argumētū dico q̄ pertransibit a. ante b. ly in nullo instāti. Et hoc cōiter est v̄z in actionibus quaz effectꝝ successiue fiunt & non in aliquo instāti complete: vnde nō op̄z q̄ si tu pertransibis aliq̄d spatium q̄ aliquo instāti pertransibis illud: vel si tu diuides aliq̄d corpꝝ q̄ in aliquo instanti diuides illud: imo nec sequitur: tu numerabis aliq̄d numez. igit̄ nūerabis illū in aliquo instāti. S̄z b̄n sequitur tu ranges hoc vel illud. igit̄ in aliq̄ instāti. S̄r̄ sequitur: tu videbis illuz: vel audies illuz q̄ in aliquo instanti videbis vel audies illum: q̄ tu nō potes tangere audire vel videre illuz: nisi sic facias in aliq̄ instāti. q̄rē r̄c. **A**d 2m arḡm q̄n d̄ q̄ in nullo instanti illi boꝝ erit ita q̄ s̄oz. pertransibit a. spatium. igit̄ r̄c. r̄ides s̄m diuersitas opinionēs quaz quolibz vt mihi videf̄ p̄babilis est. **P**rima. n. ponit q̄ in quolibz instāti istī boꝝ erit ita q̄ s̄oz. pertransit a. spatium q̄ idē est dicere s̄oz. pertransit a. spatium & s̄oz. est in pertransendo a. spatium. Et id si s̄oz. pertransibit aliq̄d spatium ipse p̄o quoz instāti pertransibit illud: q̄ in quolibz instanti erit in pertransendo illud & sic infinities pertransibit: q̄ infinities erit in pertransendo: vlt̄erius cōcedit illa opinio: q̄ hoc spatium nunq̄ erit pertransitū ante vltimū instāti totius pertransitionis. **T**ercio cōcedit q̄ infinities pertransibit s̄oz. illud spatium & t̄m semel erit pertransitū puta in vltimo instāti. Tercio q̄d dicit illa opinio ē q̄ nihil pertransibit aliq̄d spatium nisi continuo: bit quousqz erit p̄pletū s̄m se & quilibz eius partē.

Contra istam opiñ. Arguitur sic: & p̄ natur vt prius q̄ s̄oz. pertransibit a. spatium adequate in ista boꝝa & simus in medio instāti isto posito sequunt̄ plures p̄clones.

Prima conclusio est q̄ sortes infinities pertransibit a. spatium: & tamen potest esse q̄ ipse nunquam pertransibit illud spatium. prima pars. patet. quia infinities fuit in pertransendo illud spatium. Et secunda pars patet q̄ ipse potest cessare iam a motu non pertransendo aliquid istī spatij r̄c. **S**ecunda conclusio est ista q̄ s̄oz. infinities pertransit a. spatium: & tamē illud nunquam fuit pertransitum: patet quia illud nunq̄ erit pertransitum ante vltimum instans. **T**ercia conclusio est ista q̄ a. & b. mouebantur & a. in centuplo velocius b. & illud q̄d in centuplo tardius mouebitur in centuplo plus pertransibit: ponatur q̄ a. mouebitur in centuplo velocius b. super lineā in centuplo minorem in ista boꝝa. **Q**uarta cōclusio est ista q̄ s̄oz. subito pertransibit totum suum spatium & q̄ cito pertransibit aliquam eius partem pertransibit totuz: patet: quia subito erit in pertransendo totum suum spatium & q̄ cito pertransibit aliquam eius partē erit in pertransendo totuz. **Q**uinta cōclusio est ista q̄ sortes & plato cōtinue per totam istam boꝝam eque velociter mouebuntur & continue erit ita q̄ maximum pertransitum a sorte est equale maximo pertransito: a platone: & tamen

continue per eandem horam erit ita qd sortes pertransi-
 rit in centuplo plusq; plato: ponatur qd sortes & plato eque
 velociter movebuntur per totam istam horam & qd sor-
 tes movebitur super lineam centapedalem illam pertransien-
 do in quato tempore sufficit. Et qd plato movebitur su-
 per lineam pedalem quam pertransiit ad eade in ista ho-
 ra: quo posito sequitur conclusio. **C**erta conclusio est
 ista: qd aliquod agens immediate post inducet totam lati-
 tudinem albedinis a non gradu usq; ad gradum summum: & b^o
 in instanti & tamen nullus gradus albedinis immediate
 post hoc habebit: immo per totum annum non habebit gra-
 dum summum: ut posito qd aliquod agens inducet totam
 latitudinem albedinis a non gradu usq; ad gradum sum-
 mum in isto anno: tunc sequitur conclusio. **E**t licet he conclu-
 siones absurde videantur: tamen omnes concederet opi-
 nio predicta. **S**ecunda opinio ponit qd impossibile est
 sortem pertransire aliquid de presenti: sed bene concedit qd
 sortes pertransibit & pertransiit aliquid. **E**t tunc concedit
 qd sortes pertransit: sed non pertransit aliquid: imo per-
 transit & nihil pertransit: Sortes profert sed non profert
 aliquam vocem: imo nihil profert: loquitur & nihil loquitur:
 dicit & nihil dicit. **E**t sic sapientissimus homo mundi ne-
 scit quid dicit vel quid loquatur: licet loquatur cum ma-
 gna deliberatione. **E**t similiter conceditur qd tu nescis qd
 dicis. respondes. & nihil loqueris: omnes iste conclusiones
 sunt concedende secundum istam viam: quia ad oes tales actus
 requiritur tempus: quia non possum pertransire aliquid
 spatium vel proferre aliquam vocem in vno instanti. **S**e-
 cundum qd dicit ista opinio est qd sortes nunquam per-
 transibit nisi quando complete pertransibit illud: unde
 idem est dicere pertransibit & complete pertransibit. **E**t
 si arguitur probando qd possibile est sortem pertransire
 aliquod spatium: quia sortes potest pertransire aliquod
 spatium. **E**t etiam possibile est sortem pertransire aliquod
 spatium: responderetur negando utraq; illarum consequen-
 tiarum: quia arguitur a sensu diuiso vero ad sensum co-
 positum falsum. **T**ertia opinio precedentibus contra-
 ria ponit qd sortes pertransit hoc spatium: sed non per-
 transit illud in hoc instanti: quia nihil potest pertransire
 in instanti sed in tempore.

Contra istam opin. Arguitur sic. **N**am illa data sequitur
 qd nihil mouetur in instanti: & motus non est in instan-
 ti: imo nec tempus. **E**t per consequens nullum successi-
 uum quod est falsum: quia successiuum sunt res aut diuisi-
 biles aut indiuisibiles: si indiuisibiles igitur ita vere sunt
 in instanti: sicut puncta vel anima intellectiua. Si diuisi-
 biles aut extense aut multiplicata. Si extense igitur ita
 vere sunt in instanti sicut albedo & nigredo. Si multipli-
 cate igitur ita vere sunt in instanti sicut anima intellecti-
 ua. **A**d illud responderetur concedendo qd nihil mouetur
 in instanti: sed negat qd motus non est in instanti nec
 tempus: qd sicut mobile est in instanti: ita motus & tempus:
 quia motus est mobile quod mouetur: & tempus est prius
 mobile qd mouetur secundum prius & posterius. **I**deo concedi-
 tur qd motus est in instanti: & tempus est in instanti: sed ne-
 gatur qd motus est motus in instanti: vel qd tempus sit te-
 pus in instanti. **U**nde ista propositio motus est in instan-
 ti significat qd mobile qd mouetur est in instanti. **E**t ista
 tempus est in instanti signat qd prius mobile quod mo-
 uetur secundum prius & posterius mouetur in instanti: modo cer-
 tum est qd sic significando quilibet illarum est vera: sed he
 propositio motus est motus in instanti significat qd mo-
 bile qd mouetur est mobile qd mouetur in instanti quod
 falsum est. **E**t similiter hec propositio tempus est tempus
 in instanti significat qd prius mobile quod mouetur secundum
 prius & posterius mouetur secundum prius & posterius in instan-
 ti quod est impossibile secundum istam viam. **E**t si arguitur qd
 in illa propositione motus est motus in instanti: predica-
 tur idem de seipso: negatur: quia subiectus est precise he
 motus & predicatum est he motus in instanti. **I**deo licet

negetur qd motus est motus in instanti: tamen bene con-
 ceditur qd motus est motus: & qd tempus est tempus: nec
 ex hoc sequitur aliquod inconueniens. **Q**uarta opi-
 nio bis precedentibus contraria ponit qd impossibile est
 sortem pertransire vel moueri: immo hec propositio est
 falsa & impossibilis motus est: sed quilibet illarum est neces-
 saria motus fuit: motus erit: aliquid mouebat aliquid mo-
 uebit. **I**sti enim sustinent qd motus distinguit a re mobili.

Contra istam opinionem.

Arguitur sic. **N**am ut videtur ipsa destruit totum processum Aristotelem qui in oi-
 bus suis libris presupponit motum esse: dicit enim in ter-
 tio physicorum qd motus est de numero continuorum: ex
 quo sequitur qd motus est: tanquam a tertio adiacente ad
 secundum adiacens. **I**tem in primo celi habet qd motus
 celi est perpetuus & sempiternus. ergo motus est. **I**tem in
 primo physicorum improbat Aristoteles antiquos negan-
 tes motum esse. **I**tem motus est sensibile commune per
 Aristotelem secundo de anima. ergo motus est.

Ad ista respondetur

Aristoteles per totum processum
 suum nihil aliud intendit nisi qd continue ante hoc fuit
 motus & continue post hoc erit motus. **E**t qd hoc sit de
 intentione eius patet: quia in quarto physicorum dicit
 omnem motum fieri in tempore: modo differentie tem-
 poris sunt preteritum & futurum que non sunt: sed prete-
 ritum fuit & futurum erit. **E**t quando dicitur qd motus
 est de numero continuorum dicitur qd ipsa de virtute ser-
 monis est falsa: sed ponitur pro ista: immediate ante hoc
 motus continue fuit: & immediate post hoc motus con-
 tinue erit. **A**d secundum dicitur qd philosophus non
 ponit illam veram in sensu proprio: sed pro ista in quolibet
 tempore preterito motus celi fuit & in quolibet tem-
 pore futuro motus celi erit. **U**el dicitur qd ista conse-
 quentia non valet: motus celi est continuus & sempiter-
 nus. igitur motus celi est: quia arguitur a tertio adiacen-
 te ad secundum adiacens cum termino distrabente vi-
 delicet continuus & sempiternus. **A**d tertium dicitur
 qd Aristoteles non redarguit antiquos: quia negabant mo-
 tum esse: sed quia negabant motum fuisse in entibus: et
 etiam posse moueri in futurum: **I**deo posuerunt vnum
 ens in mobile: non tamen negantes motum sed mobili-
 tatem. **A**d quartum dico qd philosophus non inten-
 dit qd motus sit aliqua res que sit sensibile commune vel
 que sit sensibilis a pluribus sensibus: sed intendit qd ille
 terminus motus continue ante hoc signauit plura sensi-
 bilia diuersorum sensuum & continue post hoc sic signifi-
 cabit. **U**el potest dici qd hec consequentia non valet
 motus est sensibile commune. igitur motus est: quia argui-
 tur a tertio adiacente ad secundum adiacens cum ter-
 mino desinente in bile qui est terminus distractiua. **Q**u-
 inta opinio bis omnibus contraria ponit qd mo-
 tus est: & nihil est. dicit enim qd quidam sunt termini qui
 in eorum concepta diffinitio nullam completionem ver-
 balem includunt: ut he homo & he animal. **E**t qui sunt ter-
 mini simplices: **I**mportantes in eorum conceptu diffini-
 tiuo complexa vera vel falsa: ut he tempus & he motus. **C**um
 igitur dicitur motus est: tantum valet sicut est aliquid qd mo-
 uetur: tempus est. i. est aliquid qd durat. **E**t si queratur quid
 est qd aliquid mouetur vel qd aliquid durat responderetur
 est: sed nihil est. **E**t eodem modo est respondendum cum que-
 ritur quid est motus vel tempus: qd motus est & nihil est
 tempus est & nihil est. **U**nde non sequitur motus est. igitur
 motus est ens: qd in antecedente sumitur he est imperso-
 naliter & in sequente personaliter: & hinc est qd huius in-
 determinate vere non requirunt duo demonstratiua ve-
 ra in earum probatione. **S**i enim diceretur hoc est & hoc est
 motus vel tempus: statim sequeretur qd motus vel tem-
 pus esset aliquid quod est contra istam opinionem.

Contra tamen istam

positionem ar-
 guitur sic. **S**e

quitar primo qd aliqua est indefinita affirmatiua vera de presenti cuius subiectum pro nullo supponit: vt patz in istis motus est et tempus est etc. Secundo sequitur qd aliqua est indefinita vera cuius quilibet singularis est falsa. Et vniuersalis falsa cuius quilibet singularis est vera. probatur. nam ista indefinita est vera motus est: et tamen quilibet talis est falsa: iste motus est: quia per se iste non potest demonstrari nisi aliquid. Quia igitur motus non sit aliquid. ergo quilibet talis est falsa. Et consequenter sequitur alia pars conclusionis: qd hoc vniuersalis est falsa: nullus motus est: et tamen quilibet talis est vera non iste motus est: quia suum contradictorium est falsum vt nunc proxime est probatum. Tertio arguitur sic quicquid est: est substantia vel accidens: sed motus est. ergo est substantia vel accidens: et per consequens motus est aliquid. Quarto sic. si tali termino motus correspondet qd aliquid mouetur: et illi termino tempus correspondet qd aliquid durat: sequitur qd illa incompleta eent vera vel falsa qd est contra Aristotelem. in predicamentis et perbiermentias: et consequentia probatur: qd qd aliquid mouetur est verum vel falsum: et qd aliquid durat est verum vel falsum. Ad primum dico concedendo conclusionem. Nam quilibet illarum est vera. Socrates et plato currunt vel populus currit: tamen neutrius subiectum pro aliquo supponit. Ad secundum dicitur consimiliter concedendo conclusionem. Ad tertium negatur consequentia: sed oportet adde re in predicato minoris illi terminus aliquid qui est pars subiecti maioris et si sic fiat: concedit consequentia et negatur minor. Ad quartum nego consequentiam. Si cat non sequitur ille terminus significat verum. igitur ille terminus est verus: sicut homo supponit pro homine. igitur homo est homo. sicut albus significat albedinem. igitur albus est albedo. dico qd licet huic termino motus vel tempus correspondeat conceptus complexus: non tamen conuertitur cum illo. Ideo licet concedatur qd mobile est verum vel falsum: aut moueri est verum vel falsum: non propter hoc debet concedi qd motus est verus vel falsus: quia isti termino motus non correspondet aliquis vnus conceptus adequate: sed plures et hoc complere. Ideo quando capitur cum alijs terminis qd cum hoc verbo est secundo adiacente aliter significat: quia tunc sibi correspondet diuersus conceptus complexus. quare etc. Secunda opinio precesteris probabiliter in primis duabus opinionibus fundata ponit qd possibile est aliquem hominem pertransire aliquod spatium de presenti: imo in casu superioris conceditur qd in quolibet instanti istius hore erit ita qd socrates pertransit a. spatium: sed negatur qd in aliquo instanti istius hore pertransibit socrates a. spatium: vel in aliqua parte eiusdem hore: sed pertransibit totum spatium adequate in tota hore: et parte spatij in parte hore: vnde in hac materia est consimiliter imaginandus sicut de tempore. dicimus enim qd si hore erit et in nullo instanti eius erit in aliqua eius parte: sed tamen in quolibet instanti eius est ita qd ista hore est. Similiter dicimus qd hoc hore fuit et in nullo eius instanti: nec in aliqua eius parte: sed bene in quolibet eius instanti fuit ita qd ista hore est: consimiliter dico posito qd socrates est in medio pertransitionis qd ipse pertransit a. spatium: et immediate ante hoc fuit ita qd ipse pertransit a. spatium: et tamen nunquam ante hoc ipse pertransiuit a. spatium: nec vnquam post hoc pertransibit illud. Ideo negatur talis consequentia: socrates in hoc instanti pertransit a. spatium: et immediate ante presens instans consimiliter mouebatur: igitur immediate ante presens instans socrates pertransiuit a. spatium. sed bene sequitur qd immediate ante presens instans fuit ita qd socrates pertransit a. spatium. Consimiliter respondeatur si fiat argumentum de futuro. Similiter non valet illa consequentia. Socrates non pertransit a. spatium: et pertransibit a. spatium. igitur incipit: vel incipiet pertransire a. spatium: quia affirmatiua de futuro non habet verificari pro instanti sicut consequens cuius verbum principale est hore: incipit vel incipiet: sed ex illo antecedente be-

ne sequitur qd incipit esse ita vel incipiet esse ita qd socrates pertransit a. spatium. Et hoc conceditur pro prima parte: quia nunc non est ita qd socrates pertransit a. spatium: et immediate post hoc erit: ita qd socrates pertransit a. spatium. Ideo consequenter respondendo concedo istam conclusionem: qd socrates non incipit nec incipiet nec desinit nec desinet pertransire a. spatium. Et tamen in quolibet instanti istius hore erit: ita qd ipse incipit et desinit pertransire a. spatium prima pars patet ex prioribus dictis. et secunda probatur: quia in quolibet instanti istius hore erit ita qd socrates pertransit a. spatium: et immediate ante hoc non pertransiuit a. spatium: nec immediate post hoc pertransibit a. spatium. Et si queratur si ergo socrates pertransibit a. spatium: in quo instanti vel in qua parte dicat qd in nullo instanti: nec in aliqua parte: sed in tota hore totum spatium: et in parte hore partem spatij: quia socrates nunquam pertransibit illud spatium nisi quando complete pertransibit illud. vnde idem est dicere pertransibit et complete pertransibit. Secunda pars dicit ista opinio est qd successiuam sunt prius in fieri qd in facto esse: vt si carpentarius faciet domum prius erit in fieri qd erit complete facta: sed subita eque cito sunt in fieri sicut in facto esse: sicut inductio luminis: quia eque cito sol. agit lumen sic lumen est actus. Sicut non prius inducitur anima intellectiua qd ipsa est inducta. Vnde dato qd homo posset facere operationes subitam non citius faceret illa qd illa esset facta: quia pro eodem instanti faceret illa et eadem esset facta: sed de actionibus successiuis est contrarium. socrates enim prius dealbabit illum qd ille erit dealbatus: et prius diuidet hoc corpus qd hoc erit diuisum: et sic consequens conceditur in casu primo de sorte qd ipse pertransibit a. spatium antequam ipse erit pertransitus: quia pertransibit illud ante finem illius hore. et erit a. pertransitum solummodo in ultimo instanti. Et si arguitur sic nec per tempus: nec per instans pertransibit socrates illud spatium antequam ipse erit pertransitus. igitur non pertransibit illud antequam erit pertransitum. negatur consequentia: sicut non sequitur: nec per tempus: nec per instans erunt duo instantia futura ergo nunquam erunt duo instantia futura: tamen cum toto hoc conceditur: qd omne qd erit: erit per tempus et per instans. Tertium quod dicit ista opinio est: qd ad hoc qd socrates pertransibit aliquod spatium oportet qd illud spatium manebit pro fine et socrates similiter: ita qd si socrates vel illud spatium corrumpatur in fine tunc socrates non pertransibit illud spatium: imo non est dare maximum qd socrates pertransibit in tali casu: quia quilibet punctum pertransibit preter ultimum. Ideo iuxta hoc conceditur ista conclusio qd socrates et plato omnino consimiliter mouebuntur per totam illam horem: et tamen socrates pertransibit suam lineam et plato non: ponatur qd omnia sint paria preter hoc qd plato non manebit pro fine: imo socrates pertransibit plus qd plato: et tamen in nulla proportionem plus: quia non est dare maximum qd pertransibit plato ex quo pertransibit quilibet punctum preter ultimum. Et si dicatur qd ad pertransitionem illius linee non requiritur pertransitio ultimi puncti: dicitur qd verum est: sed requiritur qd plato pro aliquo instanti erit ad ultimum punctum. Alie conclusiones in hac materia pertinentes sunt iste. Prima socrates erit maior platone: et tamen non erit maior qd plato. probatur. et pono qd socrates sit bipedalis quantitatatis et plato pedalis et vniformiter acqret vterque illorum ab illa hore tripedali quantitate: sic qd vltimum instans istius hore sit prius instans non esse sortis tunc per qd pro quolibet instanti istius hore est maior platone et non erit maior qd erit plato. Secunda conclusio est ista aliquando erit ita qd plato est maior qd socrates: et tamen plato nunquam erit maior qd erit socrates. ponatur qd socrates sit quadripedalis quantitatatis et plato bipedalis deperdat socrates vniformiter in ista hore bipedali quantitate: et conuerso. tantum acqret plato. isto posito per prius pars conclusionis: quia quando plato erit quadripedalis quantitatatis tunc erit ita qd ipse est maior qd erit socrates. quia tunc socrates erit bipedalis quantitatatis. Secunda

pars conclusionis etiam pars: quia plato nunquam erit maioris
 quantitatis quam quadrupedalis et tante quantitatis est fortis
 modo. Tertia conclusio est ista per totam istam horam erit ita quod
 fortis est maior quam ipse pius fuit: et tamen fortis nunquam erit ma-
 ior quam ipse pius fuit. ponitur quod iam sit pius instans esse fortis. qui
 in illa hora uniformiter augmetur ad tripedale quantitatem.
 Isto posito prima pars conclusionis discurrendo per omnia in-
 stantia istius horae. Et secunda pars est per quod fortis non pius fuit. id
 non erit maior quam pius fuit. Quarta conclusio est ista. fortis erit
 maior quam est vel fuit platonis. ista nunquam erit ita quod fortis est maior
 quam est vel fuit platonis. ponitur quod plato sit pedalis quantitatis et nun-
 quam fuit maioris. Sit fortis. ita semipedalis: et augmentetur
 ambo ad bipedale quantitatem exclusive sic quod ultimum instans
 horae sit pius instans non est eorum posito per conclusio. Quinta con-
 clusio est ista. quolibet maiori b. et quolibet minori b. hoc a.
 est minus: et tamen a. est equale b. et arguitur sic. quolibet
 maiori b. hoc a. est minus sed quolibet maius a. et quolibet
 minori b. est maius b. igitur quolibet maiori b. et quolibet
 minori b. hoc a. est minus. quia tenet in barbara cum ma-
 ioribus minor similiter: dato quod illud totum a. et quolibet mi-
 nori b. regatur a comparatione precedente. Aliter probatur
 conclusio sic a. est minus quolibet maiori b. et quolibet mi-
 nori b. igitur et. quia per et antecedens probatur: quod a. est par-
 vum et quolibet maius b. et quolibet minus b. est parvum: sed
 non ita parvum est quolibet maius b. et quolibet minus b. sicut
 a. igitur a. est minus quolibet maiori b. et quolibet mino-
 ri b. consequentia patet: quod arguitur ab exponentibus ad
 expositum: et tertia exponens per quod suus contradictorius
 est falsus: valde ita parvum est: est quodlibet maius b. et quoli-
 bet minus b. sicut a. Sexta conclusio est ista hoc c. est mi-
 nus hoc a. et tunc quod est hoc b. et tunc c. est sub duplici ad quoli-
 bet illorum probatur: et pono secundam partem conclusionis: tunc arguo
 prima sic hoc. est parvum et hoc a. et tunc quod est hoc b. est par-
 vum et hoc b. est parvum et hoc b. est parvum: sed non ita parvum
 est hoc a. et tunc quod est hoc b. sicut hoc c. ergo hoc c. est mi-
 nus hoc a. Et tunc quod est hoc b. quia per ab exponentibus ad
 expositum: et tertia exponens est manifeste vera: quod suus con-
 tradictorius repugnat casui: videlicet ita parvum est hoc a.
 et tantum quod est hoc b. quare et.

De gradu superlativo.

Nunc de ultimo termino comparationis quod su-
 perlativo gradus dicitur quod ad eum confusione ex-
 positioneque partium restat gradatim intrare. per
 quo primo notatur quod quilibet terminus super-
 latio cuiuslibet termini cuius immediate se-
 quentis comparabilis sumpti deducto quocumque
 impedimento est mobilis confusio in ordine ad suum gradum po-
 sitivum. dicitur enim primo immediate subsequens ad denotandum quod
 terminum precedentem nullo modo mobilis confundit talis gradus
 superlativo: ut boius fortis est fortissimus: ubi per quod ly bo-
 minum supponit determinate: immobilis quod propter non sequitur:
 boius fortis est fortissimus isti sunt boies fortis. igitur istorum
 fortis est fortissimus: quod arguitur a superiori ad suum inferius
 immobiliter et sine distributione. Ideo b. forma non valde bo-
 minum fortis est fortissimus igitur fortis est fortissimus boius: quod ar-
 guitur a termino stante determinate ad eundem stantem confuse
 et distributive. ponitur secundo comparabilis sumpti: quod superla-
 tivus gradus quibus tenet comparabilis quibus constructus cum geniti-
 vo pluralis numeri: ut fortis est fortissimus boium quibus non.
 Et hoc quibus constructus cum recto ut fortis est doctissimus homo.
 Et isto modo non habet exponit: nisi fortis est valde doctus ho-
 mo. Et sic ly homo non confunditur mobiliter per ly doctis-
 simus sed determinate et immobiliter supponit. Id non sequi-
 tur fortis est doctissimus homo: iste est homo doctus. igitur
 fortis est doctior isto vel ita doctus. Additur tertio deducto
 quocumque impedimento: quod superlativo gradus per signum infi-
 nitum utitur potest notabiliter impediri ne terminum immediate se-
 sequente mobilis confundat: ut tu non es optimus boius: vel
 fortissimus ois boium. ubi per quod ly boium utrobique stat
 determinate vel confuse tunc. Et hoc propter impedimentum ne-
 gationis in una illarum: et signum affirmativum in altera ea

risse. Id non sequitur: tu es optimus omnium hominum. Id
 sunt homines boni igitur tu es optimus istorum. Et hoc
 propter causam superius dictam. Ultimo annectitur in or-
 dine ad suum positivum gradum: quod talis superlativo gradus
 non confundit terminum immediate se sequente pro quolibet
 eius supposito: sed solum pro illis que positivum denotat. ubi in
 ista propositione. Sortes est doctissimus boium non sup-
 ponit ly boium pro quolibet boie sed solum pro hominibus
 doctis. Ideo non sequitur fortis est doctissimus animalium. Ista
 sunt animalia igitur fortis est doctissimus istorum: sed arguitur a ter-
 mino stante confuse et distributive ad suum inferius cum de-
 bito medio: oportet enim quod pro tali inferiori terminus
 superior mobiliter supponat: qualiter non est in proposita:
 propterea bene sequitur tu es optimus hominum. Ista sunt
 homines boni. igitur tu es optimus istorum. Similiter se-
 quitur tu es fortissimus istorum. Iste est fortis istorum: igitur
 tu es fortior isto vel eque fortis precise. Non enim pos-
 sum inferre quod tu es fortissimus istius quia superlativus
 non congrue constructur cum genitivo singularis nume-
 ri ut omnes testantur grammatici. quare et.

Iam de expositione superlativi gradus est dicen-
 dum: pro quo est notandum quod quocumque prope ratio-
 ne termini superlativi gradus exponenda potest dupliciter expo-
 ni: uno modo per suas preces et negativam de positivo gra-
 du. Alio modo per suas preces et negativam de comparativo
 gradu. primo modo exponitur illa sic: fortis est fortissimus hominum
 fortis est fortis et boies sunt fortes: et nemo est ita fortis
 fortis. et modo exponitur sic: fortes est fortis et boies sunt
 fortes et nemo est fortior forte. Et isto modo exponendo
 retinetur duo esse fortissimos vel debilissimos imo quod fortis esse
 fortissimus istorum et debilissimus istorum: postquam fortis et pla-
 cent oes boies que essent eque fortes. verumtamen hoc non co-
 cederent multi dicendo quod tertia exponens cum alijs non suffi-
 cienter exponit expositum. Sed deberet illa exponi sic: fortis est
 fortissimus istorum. fortis est fortis et isti sunt fortes et nullus
 istorum est fortior fortis: sed aliquis debilior quod non stare-
 cum conclusione priori. Et licet hoc sit bene dictum tamen
 quia hoc foret nimis longum opus et iuvenibus tediosum
 redeo ad primum modum exponendi dimittendo illam par-
 ticulam tertiae exponenti annexam. Cederem enim da-
 to quod non essent aliqui termini preter decem genera gene-
 ralissima quod quolibet eorum est generalissimum illorum: ta-
 men falsum esset: quod aliquod illorum esset minus ge-
 nerale quam hoc vel illud quocumque demonstrato. Etiam co-
 cederet quod cuiuslibet ternarij in quo sunt tres binarij qui-
 libet illorum binariorum esset maximus numerus eorum
 secundo modo exponendo et tamen falsum esset quod aliquo
 binario esset aliquis numerus binarius minor quod tamen
 oporteret si talis particula tertiae exponentij coniungi de-
 beret. Et sic patet quod in casu est concedendum: quod fortis
 est primus istorum: et ultimus istorum: nec hoc est incon-
 veniens. Ex his patet quod non sequitur. Sortes est doctis-
 simus hominum. igitur fortis est doctissimus omnium homi-
 num: quia ex consequente sequitur quod oes homines sunt
 docti quod non sequitur ex antecedente: quia huius propo-
 sitionis fortis est doctissimus omnium hominum. Secun-
 da exponens que est eius preces est b: omnes homi-
 nes sunt docti. Sed istius propositionis. Sortes est doctis-
 mus hominum non est secunda exponens illa omnes ho-
 mines sunt docti: non obstante quod ly hominum supponat mo-
 biliter: quod illa non est secunda preces: sed illa homines
 sunt docti. Ideo est secunda exponens.

Iuxta istum secundum modum exponendi
 clauso quod aliquid est maximum istorum: quod non est maximum istorum
 ut supposito quod a. est pedale b. bipedale. et c. tripedale: quod
 b est maximum istorum quod non est maximum istorum. probatur.
 nam b. est magnum istorum quod non est maximum istorum:
 et nullum istorum quod non est maximum istorum: igitur
 b. igitur et. consequentia patet ab exponentibus ad ex-
 positum et maior similiter per casum: et minor etiam quia

sanm e
 q non
 te ista
 si bilem
 b vera
 yimur
 yimur
 est ver
 autem
 ra. pro
 mam
 maxim
 exposi
 manife
 catur d
 quid v
 q vide
 yimur
 probat
 ab exp
 latini
 te refe
 sribu
 nens:
 quent
 gn i
 rum e
 q ly c
 confes
 quid e
 batur
 rum e
 est ita
 maxim
 situm
 aliter
 q non
 predi
 non e
 gna:
 non e
 nentil
 forte
 fit mi
 te qu
 .b.c.
 li nar
 ro m
 illo:
 est d
 num
 debe
 plicia
 expli
 num
 rus:
 ille r
 rate
 nim
 sum
 iste f
 iferi
 cu il
 ly fa
 iste f
 nus
 sed
 q if
 can
 ipor
 ne

nam contradictorium est falsum: videlicet aliquid istorum
 q non est maximum istorum est maius. b. Non obstan-
 te ista probatione nego illam conclusionem tanquam impos-
 sibilem. Nam data illa sequitur contradictio: probatur: q
 b vera est. Nihil est maximum istorum: quod non e ma-
 ximum istorum. Et b est sua contradictoria aliquid e ma-
 ximum istorum q non est maximum istorum: igitur si ista
 est vera oportet q duo contradictoria sint simul vera: qd
 autem illa sint contradictoria patet: q illa negatiua sit ve-
 ra. probatur. Nam omne maximum istorum: est maxi-
 mum istorum: igitur nihil est maximum istorum q non e
 maximum istorum: consequentia patet: quia arguitur ab
 exposita ad vnam suarum exponentium: et antecedens e
 manifestum: eo q est vna vniuersalis in qua idem predi-
 catur de seipso: et eiusdem primarium significatum est ali-
 quid vel aliquo modo a parte rei. Et tunc ad argumentum
 q videtur concludere illa conclusionem: nego q. b. e ma-
 ximum istorum q non est maximum istorum. Et tunc ad
 probationem nego consequentiam: nec ibidem arguitur
 ab exponentibus ad expositum propter mutationem re-
 latiuam et diuersitatem sue suppositionis: quia in anteceden-
 tereferatur relatiuam ad ly ens istorum stans confuse et di-
 stributiue: et in consequente ad ly. b. determinate suppo-
 nens: modo oportet q tam in antecedente q in conse-
 quente idem referatur. Ideo deberet sic argui. b. e ma-
 ximum istorum q non est maximum istorum: et nullus isto-
 rum est maius. b. q non est maximum istorum. igitur: sic
 q ly quod referatur ad ly. b. Et sic arguendo conceditur
 consequentia: et negatur antecedens pro minori: imo ali-
 quid est maius. b. q non est maximum istorum: quia. c. pro-
 batur. Nam. c. est magnum et. b. q non est maximum isto-
 rum est magnum: et. b. q non est maximum istorum non
 est ita magnum sicut. c. igitur. c. est maius. b. q non est
 maximum: consequentia patet ab exponentibus ad expo-
 situm: et quilibet pars antecedentis patet ex casu. Vel
 aliter potest dici q b propositio. b. est maximum istorum
 q non est maximum istorum requirit alias preiacetes q
 predictas et alias exponentes. Exponitur enim sic: qd. b.
 non est maximum istorum est magnum: et ista sunt ma-
 gna: et nullum istorum est ita magnum. Vel maius. b. q
 non est maximum istorum: ita q semper ly quod in expo-
 nentibus referatur ad ly. b. sicut in exposita quare et c. Sz
 forte incidentaliter queritur in isto casu vtz binarius. a. b.
 sit minor binario. b. c. Et videtur q sic: quia res numera-
 te que sunt. a. b. sunt minores q res numerate que sunt
 .b. c. et ille res numerate sunt ille numerus binarius vel il-
 li numeri binarij: igitur vnus istorum binariozum est alte-
 ro minor. Et Respondetur negando q aliquis numerus
 istorum binariozum sit altero maior: vel minor: quia idem
 est dicere. Iste numerus est minor isto: et iste est minor.
 numerus q iste. Et causa est: quia hoc adiectiuum minor:
 debet addi suo subiecto explicito si quod fuerit et non im-
 plicite: sed iam in proposito habet suum subiectum satis
 explicitum. Ideo illa consequentia facta no valet. Ille res
 numerate sunt minores et ille res numerate sunt ille nume-
 rus: igitur ille numerus est minor illo: quia illa propositio
 ille res numerate sunt minores significat q ille res nume-
 rate sunt minores res: sed cum dicitur q ille numerus e
 minor denotatur q ille numerus e minor numerus q e fal-
 sum. Et sic p q nulla talis pna valet. Iste faber e bonus
 iste faber est ho: igitur iste ho e bonus: q no solu arguit ab
 inferiori ad suu superius a pte subiecti imo et a pte pdicati
 cu illo adiectiuo bonus. Aliter enim significat ly bonus cum
 ly faber: et aliter cu ly homo. Jo peccat multi dicentes q
 iste faber e bonus: sed no e bonus faber: dato q ipse sit bo-
 nus ho et malus faber. Vel q iste faber est bonus faber
 sed iste faber non e bonus. Similiter errat tales: dicendo
 q iste pater e tuus: sed no e pater tuus: dato q heres vnum
 canem q eet pater sui filij. Similiter etiam est hec conclusio
 impossibilis q nasus canis sit tuus et no sit nasus tuus: q: si
 ne dubio id e dicere. Iste pater est tuus et iste pater e pater

tus: nasus canis e tuus: et nasus canis e nasus tuus. Iste
 faber e bonus: et iste faber e bonus faber: gramaticus. n. di-
 ceret q si eet congruus iste faber e bonus nisi ly bonus referat
 ad ly faber. Et consimiliter est dicendum in alijs ppter ea
 sicut negatur illa nasus canis e nasus tuus. negat etia illa
 nasus canis e tuus: ex quo consimiliter significat: sed bene pce-
 do q nasus canis e tuus: q: e res tua dato q heres vnus
 canes. Sicut dicitur concedo q ille pater e tuus: sed non e tuus: et
 q malus faber e bonus: sed non e bonus: q: malus faber
 no e bonus faber: licet sit bonus homo. Ita consimiliter e in
 proposito dicendum. q licet numerus. a. b. sit minor q nu-
 rus. b. c. non tamen e minor: q: non e minor numerus. sed be-
 ne minores res. Ideo consequenter respondeo concedendo
 istas conclusionem. tres vnitates sunt. duo binarij. et duo
 binarij sunt tres vnitates. et tamen nulla tria sunt duo nec
 econtra saltem actu distincta. h conclusio p in casu p. Etia
 conceditur q quilibet illorum binariozum e maximus nu-
 merus illoz et tamen nulli tres binarij. vel duo sunt magni nu-
 meri illoz. tenedo ly illi collectiue. q: illi tres binarij no sunt
 illoz. sed sunt ille tres vnitates. imo sicut nulli binarij sunt
 omnes binarij illoz. ita nec alij binarij sunt oes pauciores
 illozum. no enim tres vt patet. q: illi no sunt illoz sed oes illi
 nec etiam duo sunt omnes pauciores illoz. quia qua ra-
 tione assignarentur illi duo. a. b. et. b. c. eadem ratione pos-
 sent assignari alij duo videlicet. b. c. et. c. a. qui non sunt alij.
 imo si. a. b. et. b. c. esset oes pauciores illoz tunc. a. b. et. b.
 .c. esset. b. c. et. c. a. quod est falsum et consequentia patet
 q. b. c. et. c. a. sunt alij pauciores illoz trium binariozum.

De his de modo exponendi superlatiuum
 gradu du constituitur cu genitiuo plu-
 ralis numeri. Jam videndum e qualiter exponitur du con-
 struitur cu relatione implicite vel explicite. ta affirmatiue q
 negatiue vt. a. est maximum pondus q for. potest portare.
 a. e minimum pondus q ipse non pot portare. a. e maxi-
 mum q no pot for. videre. a. e minimum q tu potes vide-
 re. prima sic exponitur. a. pondus for. pot portare et nul-
 lum maius. a. pot ipse portare. Secunda sic exponit. a. po-
 dus for. no pot portare. nec aliquod tamen: sed quolibet mi-
 nori aliqd maius minus. a. pot ipse portare. Tertia expo-
 nitur sic. a. non potes videre nec aliquod tamen. sz quolibet
 maiori aliqd minus. mai. a. potes videre. Quarta sic ex-
 ponitur. a. potes videre et nullum minus. a. potes vide-
 re. notater in expositione minimi q non dicitur quolibet
 minori aliqd maius. minus. a. pot for. portare. vel quoli-
 bet minori. a. aliquod maius pot ipse portare. No enim
 debet dici primum. quia datur minimum pondus q for. si
 pot portare. et tamen no quolibet minus illo potest for. portare.
 quia forte sunt multa minora. a. iuxta centrum terre que
 for. si pot portare. Etia multe sunt partes celi minores. a.
 quas tamen ipse for. no pot portare. Nec etiam valet dicere
 q quolibet minus. a. uel tantum potest sortes portare.
 quia hoc non sufficit ad inferendum minimum quod non
 quia datur minima materia sub qua non potest manere
 forma hominis propter nimiam magnitudinem et tamen
 non sub quacumq materia minor: illa uel tanta potest
 manere forma hominis: quia non sub materia grandi mi-
 llij nec tanta. Nec etiam in expositione minimi q non
 debet sumi talis pro secunda exponente: quolibet mino-
 ri aliquod maius potest sortes portare: quia tunc seque-
 retur q minimum q non: esset maximum q non quod
 manifeste implicat falsu. Et pna pbat: q: dato q. a. eet ma-
 ximum no p se visibile: pbat q est minimum no p se visibile
 q. a. si est per se visibile: sz quolibet minori: aliqd maius e p
 se visibile: probatur: nam quolibet maius. a. est per se vi-
 sibile in casu isto ergo quolibet minori. a. aliquod maius
 est per se visibile: patet consequentia q quolibet maius
 .a. est maius quocumq minori. a. Et sicut dicitur de mini-
 mo q non: eodem modo est dicendum de maximo qd
 non: videlicet q eius secunda exponens non debet ee ista
 quolibet maius uel tantum: nec etiam quolibet maiori
 aliquod minus q non datur: prima exponens ostenditur

quia certum est: quod aliqua est minima materia in qua non potest manere forma hominis propter suam parvitatez: et tamen non in quacumque materia maiori nec tanta potest ipsa manere: quia non in materia celi: nec tanta. Similiter aliquis est intentissimus gradus qui non est in .a. latitudine: dato quod .a. esset media latitudo totius latitudinis albedinis et tamen non quilibet gradus intensio: illo est in .a. latitudine: quia non gradus summus: nec infiniti iuxta propinquum. Non datur etiam alia exponens. videlicet quodlibet maiori aliquid minus: quod aliter sequeretur: ut primum quod maximum quod non esset minimum quod non: quod utrumque est falsum saltem vltiter et respectu vnius et eiusdem: quia satis verisimile est quod idem gradus est intentissimus qui non est in una latitudine et remississimus qui non est in alia. et consequentia probatur: nam dato quod .a. esset minimum pondus quod sortes non sufficit portare: probatur quod .a. est maximum pondus quod ipse non sufficit portare: quia .a. pondus sortes non sufficit portare propter suam gravitatem et quolibet maiori .a. aliquid minus potest ipse portare: igitur .a. est maximum pondus quod ipse non sufficit portare: patet consequentia: secundum istum modum exponendi: et minor probatur: nam quodlibet minus .a. vel tantum sortes potest portare igitur quolibet maiori .a. aliquid minus potest ipse portare: patet consequentia: quia quicquid est minus .a. est minus quocumque maiori .a. Et sic patet quod isti modi exponendi non tenent. Dicitur etiam in exponentibus negativis. nec tantum: ad denotandum quod si hoc non potest portare sed quodlibet minus illo: vel tantum quod non propter hoc illud debet dici minimum quod non: quia aliqua est pars celi quam non possum portare: sed bene quodlibet minus illa vel tantam et tamen illa non est minimum quod non possum portare. quia licet non possum portare illam possum tamen portare tantam et hoc sufficit. Similiter aliquid est quod non possum videre et quodlibet maius illo vel tantum possum videre: et tamen illud non debet dici maximum quod non possum videre. Aliqua enim est portio terre vel primi mobilis quam naturaliter non possum videre: ut patet et quodlibet maius illo vel tantum possum videre: et tamen non propter hoc talis parva portio debet dici maximum quod non possum videre: quia tantum possum videre non obstante quod illam non viderem hec omnia clare patent subtiliter intuenti. Sicut ergo exponuntur propositiones de maximo et minimo tam affirmative quam negative consimiliter possunt et alie exponi de gradu superlativo: ut .a. est intensissimus gradus qui est in ista latitudine .a. est remississimus gradus qui est in ista latitudine .a. est intentissimus gradus qui non est in ista latitudine .a. est remississimus gradus qui non est in ista latitudine. Prima sic exponitur .a. gradus intensus est in ista latitudine et nullus intensior isto est in ista latitudine. Secunda sic exponitur .a. gradus remissus est in ista latitudine: et nullus gradus remissior isto est in ista latitudine. Tertia sic exponitur .a. est gradus intensus qui non est in ista latitudine et quolibet gradu intensiori aliquis remissior: intensior .a. est in ista latitudine. Quarta sic exponitur .a. est gradus remissus qui non est in ista latitudine et quolibet remissiori aliquis intensior: remissior .a. est in ista latitudine.

Correspondenter exponitur primum et vltimum tam affirmative quam negative: ut hoc est primum instans esse tui exponitur sic: hoc est istas esse tui et nullum istas ante hoc fuit instans esse tui. Hoc fuit primum instans esse tui exponitur sic: hoc fuit instans esse tui et nullum instans ante hoc fuit instans esse tui. Item hoc erit primum instans esse tui exponitur sic: hoc erit instans esse tui et nullum instans post hoc erit instans esse tui. Similiter hoc est primum instans in quo tu curris et in nullo instanti ante hoc currebas vel nullum fuit instans ante hoc in quo currebas. Ex isto sequitur quod hec consequentia non valet in hoc instanti incipis currere et in hoc instanti curris: igitur si instans est primum instans tui cursus: quia possibile est quod incipias cur-

rere et curras et infinites inceperis currere: sed non est possibile quod infinita sint vel fuerint instantia. prima tui cursus: dato adhuc quod detur primum instans tui cursus. Similiter sequitur quod non est dabile primum instans hominis vel alius cuius rei permanentis: quia si est dabile detur ergo: et sequitur statim quod in nullo instanti ante hoc fuit hoc vel aliqua res permanens quod est impossibile: cum hoc tamen bene conceditur quod datur primum instans istius hominis vel istius rei permanentis: quia in hoc instanti est ista res que nunc primo generatur et nunquam ante hoc fuit. Ideo hoc instans presens est primum instans istius rei: et per consequens alicuius rei. hoc est primum instans esse: non tamen est primum instans alicuius rei. Ideo negatur hoc consequentia: alicuius rei hoc est primum instans esse: ergo nullum fuit instans ante hoc in quo aliqua res fuit: quia antecedens non habet exponi sed resolui ratione primi termini: ut istius rei hoc est instans primum esse et si res est aliqua res: igitur alicuius rei hoc est primum instans esse. Et sic arguendo conceditur tam antecedens quam consequens. Item sequitur hoc conclusio quod idem est primum instans esse sortis. quod est primum instans esse platonis. et tamen primum instans esse sortis non est primum instans esse platonis: probatur et pono quod plato incipit esse: et non sortis. et quod ipse sit et prius incipit esse. Isto posito patet prima pars conclusionis: quia hoc instans presens est primum instans esse sortis quod est primum esse platonis. probatur. Nam hoc instans presens est instans esse sortis quod est primum instans esse platonis: et nullum instans ante hoc fuit istans esse sortis quod fuit primum instans esse platonis: igitur et consequentia patet ab exponentibus ad expositum: et maior est casus: et minor patet: quia suum contradictorium est falsum: videlicet quod aliquid instans ante hoc fuit istans esse sortis quod fuit primum instans esse platonis: quod plato prius non fuit ut ponit casus. Secunda pars conclusionis patet quia si primum instans esse sortis esset primum instans esse platonis: tunc primum instans sortis esset quod est falsum et contra casum: quia sortes iam non incipit esse sed plato. Et sic consequenter sequitur: quod nihil quod est primum instans esse platonis est primum instans esse sortis et tamen aliquid est primum instans esse sortis. quod est primum instans esse platonis prima pars patet: quia nullum instans esse platonis est primum instans esse sortis. ex quo sortis iam non incipit esse. Secunda pars etiam patet ex dictis. Vltimum in quo sic aliter exponitur: ut hoc est vltimum instans esse tui: exponitur sic: hoc est instans esse tui: et nullum instans post hoc erit instans esse tui: hoc fuit vltimum instans esse tui. sic exponitur: hoc fuit instans esse tui. et nullum instans post hoc fuit instans esse tui. Item hoc erit vltimum instans esse tui exponitur sic: hoc erit instans esse tui et nullum instans post hoc erit instans esse tui. Ex isto sequitur quod nullius rei animate est dandum vltimum instans esse: quia si sic sit .a. respectu sortis: tunc sic sortis iam vult: igitur est excessus caliditatis et humiditatis super frigiditatem et siccitatem qui cum non sit indivisibilis opus quod sit divisibilis et cum in quolibet tali possit vita existere et ille excessus successine corrumperetur: igitur post hoc sortes vivet: igitur non est vltimum instans esse sortis quod erat per bandum. Sed rei inanimate que ad cuiuscumque partis corruptionem corrumperitur est bene dare vltimum instans sui esse: ut posito quod appropinquetur huic ligno ignis iam primo dominans: patet quod iste ignis iam non agit: igitur hoc lignum iam est et immediate post hoc ille ignis ager: igitur immediate post hoc corrumperit aliquam partem istius ligni ergo nunquam post hoc illud lignum erit. Et per consequens hoc est vltimum instans sui. Et licet alicuius rei inanimate detur vltimum instans esse non tamen datur vltimum instans esse alicuius rei inanimate: quia aliter sequeretur quod nunquam post hoc erit aliqua res inanimata quod est falsum. Primum in quo non sic exponitur: ut hoc est primum instans non esse tui: hoc est instans non esse tui. et non immediate ante hoc fuit aliquid instans non esse tui: igitur hoc est pri-

minimū instans non esse tui: & infra de alijs de futuro. Hoc erit primum instans non esse tui: exponitur sic: hoc erit instans non esse tui: & non immediate ante hoc erit aliquod instans non esse tui. igitur &c. & infra consimiliter est dicendum in alijs de futuro. Item hoc fuit primum instans non esse tui. Exponitur sic: hoc fuit instans non esse tui et non immediate ante hoc fuit aliquod instans non esse tui. igitur fuit hoc primum instans non esse tui: eodem modo dicitur in alijs de preterito. Ex isto sequitur quod cuiuslibet rei animate est dandum primum non esse: quia ex quo que libet talis debet desinere esse & corruptibilis est & non datur ultimum esse eiusdem: oportet quod ipse detur primum non esse: non tamen dico quod detur primum non esse hominis vel alicuius rei permanentis: quia hoc est falsum. Sequitur enim hoc est primum instans non esse hominis. igitur hoc est instans non esse hominis: & per consequens homo non est: quod est impossibile. Item sequitur ista conclusio. Idem erit primum non esse mei quod erit primum non esse tui & tamen non quandoquidem tu desines esse ego desinam esse nec e contra. imo primum non esse mei non erit primum non esse tui: nec e contra: probatur ista conclusio supposito quod in .a. instanti futuro tu desines esse & ego prius: tunc isto posito patet prima pars conclusionis: quia .a. erit primum non esse mei quod erit primum non esse tui: probatur .a. erit instans non esse mei quod erit primum instans non esse tui: & non immediate ante .a. erit instans non esse mei quod erit primum non esse tui. igitur &c. consequentia patet: quia arguitur ab exponentibus ad exponentum. Et prima pars antecedentis est casus: & secunda pars similiter patet: quia suum contradictorium est falsum. videlicet immediate ante .a. erit instans non esse mei quod erit primum non esse tui: imo ante quodlibet instans post .a. erit .a. instans non esse mei & primum non esse tui.

Secunda pars conclusionis quo ad utramque partem sufficienter patet ex casu. Ultimum in quo non exponitur sic: ut hoc est ultimum instans non esse tui: hoc est instans non esse tui: & non immediate post hoc erit instans non esse tui. Hoc fuit ultimum instans non esse tui. exponitur sic. hoc fuit instans non esse tui & non immediate post hoc fuit instans non esse tui. Item hoc erit ultimum instans non esse tui: exponitur sic. hoc erit instans non esse tui: & non immediate post hoc erit instans non esse tui. Similiter hoc potest esse ultimum instans non esse tui: exponitur sic: hoc potest esse instans non esse tui & non immediate post hoc: hoc potest esse instans non esse tui. Ex isto sequitur quod ultimum in quo non equipollet ly incipit exposito per remotionem de presenti & positionem de futuro. Sed primum in quo sic eidem equipollet exposito per positionem de presenti & remotionem de preterito: ut prius dicebatur. Similiter primum in quo non equipollet ly definit exposito per remotionem de presenti & positionem de preterito. Sed ultimum in quo sic eidem equipollet exposito per positionem de presenti & remotionem de futuro. Ex quo sequitur quod aliquod est primum non esse mei cursus vel ultimum non esse illuminationis istius medij: & tamen prius fuit primum non esse mei cursus. vel ultimum non esse illuminationis istius medij: sicut stat quod iam desinam currere: & prius similiter: vel quod iam incipiam illuminare illud medium & etiam prius: sed sic non est de alijs terminis primum in quo sic vel ultimum in quo sic: quia licet bis vel ter possum incipere currere vel desinere moveri: non tamen totiens potest dari primum instans mei cursus vel ultimum instans mei motus: sed solum semel: ut ex suis exponentibus potest patere. Et licet hoc sit probabiliter dictum & meo iudicio magis verum. potest tamen alia via probabiliter sustineri dicendo quod. Primum in quo sic equipollet in expositione ly incipit exposito per positionem de presenti & remotionem de preterito. Et ultimum in quo sic equipollet ly definit exposito per positionem de presenti & remotionem de futuro. Et sic primum in quo isto modo exponitur: ut hoc est primum instans

esse tui: hoc est instans esse tui. & non immediate ante hoc fuit istas esse tui. Item hoc erit primum instans in quo curreres sic exponitur: hoc erit instans in quo curreres & non immediate ante hoc erit instans in quo curreres. Ultimum in quo sic: exponitur sic: ut hoc est ultimum instans esse tui: hoc est instans esse tui & non immediate post hoc erit instans esse tui. Hoc fuit ultimum instans esse tui: exponitur sic: hoc fuit instans esse tui & non immediate post hoc fuit instans esse tui: & sic de alijs est consimiliter dicendum quare &c. Ex isto sequitur quasi ut prius: quod aliquod erit instans esse mei & tamen per prius fuit aliud primum instans esse mei vel ultimum illuminationis illius medij: licet aliqd fuerit vel sit prius quod illud erit. Et notanter dico prius quod illud erit & non prius illo: quia nullum instans potest esse prius vel posterius alio. Aliter enim duo instantia possent esse simul: imo quod ero maior vel minor antichristo licet nunquam simul erimus que omnia manifeste implicat falsum. Sequitur enim hoc erit prius minus vel minus illo: igitur ista duo simul erunt. Et vniuersaliter tale procedit argumentum ubi non est limitatio temporis & precipue in successiuis. ubi autem suppositum temporis per ly fuit: vel erit limitatur: argumentum non procedit: ut licet instans: presens non sit vel erit prius futuro: est tamen vel erit prius quod futurum erit. Similiter licet non eris maior vel minor antichristo eris tamen maior vel minor quod antichristus erit. Et hoc sufficit &c.

De maximo & minimo.



Regula est intentio maximi vel minimi primi vel ultimi tam affirmatiuum quam negatiuum. Restat aliqua ad eandem materiam pertinentia consequenter inquirere. Primum enim inquiratur quid requiritur ad hoc quod diuisio per affirmationem maximi & negationem minimi. vel e contra sit bene data. Secundo per regulas ostendetur que pars diuisionis fuerit assignanda. Tertio contra predicta fient argumenta & soluentur: Quantum ad primum ponende sunt quedam regule.

Prima est ista quod ad inferendum diuisiones per maximum quod sic vel minimum quod non requiritur veritas duorum sub contrariorum. Ita quod non stat huiusmodi diuisione esse veram & alterum subcontrariorum esse falsum. Sequitur enim est dare maximum quod fortes sufficit portare vel minimum quod non. igitur aliquod pondus fortes sufficit portare & aliquod non. Similiter sequitur datur minimum quod fortes sufficit videre vel maximum quod non: ergo aliquod visibile fortes sufficit videre & aliquod non. Sed si ista sub contraria non sint simul vera diuisio verificari non potest: ut si fortes esset tante potentie quod omne pondus sufficeret portare: vel ita debilis quod nullum pondus posset portare tunc talis diuisio non haberet locum: quia si diuisio de aliquo debet verificari oportet quod de illo sua sub contraria verificentur.

Secunda regula est ista. Ad hoc quod copulativa facta ex duabus sub huiusmodi fuerat disunctiva ex affirmatiue maximi & negatiue minimi requiritur quod illud respectu cuius sit diuisio pro minori verificetur in affirmatiua quod in negatiua respectu termini signantis ascensum: verbi gratia: sequitur aliquod pondus fortes sufficit portare & aliquod non nec tantus igitur est dare maximum. hoc est grauissimum pondus quod ipse sufficit portare vel minimum quod non: & quod illud respectu cuius sit diuisio verificetur pro minori in affirmatiua quam in negatiua patet: quia potentia fortis eo ipso quod potest in aliquid potest in quolibet minus vel equale: sed non in quolibet maiori nec tanto: licet in aliquo maiori possit: termini vero significantes ascensum sunt tales: nec tantum: nec ita forte: nec ita intensum: & sic de alijs. Et quod diuisio sit bona arguitur sic. Et signo vnum lapidem quem forte sufficit

portare et crescat ille lapis quousque for. non sufficit ipsius portare tunc for. aliquando erit insufficientis ad portandum illum lapidem et iam non est insufficientis igitur incipit vel incipiet esse insufficientis portare illum. Tunc noto illud instans: et quero nunquid for. tunc erit sufficiens portare illum vel non: si tunc erit sufficiens et nunquam post: igitur tunc illud erit maximum quod for. sufficit portare: si tunc non erit sufficiens et continue ante. igitur tunc idem erit minimum quod for. non sufficit portare et per consequens divisio est bona. Item sequitur sub aliqua quantitate poterit homo esse et sub aliqua non nec ita magna. igitur est dare maximam quantitate sub qua poterit homo esse vel minimam sub qua non. Iterum in hac divisione patet quod illud respectu cuius fit divisio pro minori verificatur in affirmativa quam in negativa. Et quod divisio sit bona probatur. Et assigno unam quantitate sub qua potest homo esse: et crescat hec quantitas quousque sub ea non poterit esse homo: tunc ista duo contraria erunt successive vera sub ista quantitate potest homo esse et sub ista non poterit homo esse: tunc instanti medio istorum temporum vel sub ista quantitate poterit homo esse vel non: si sic et nunquam post: igitur illa erit maxima quantitas sub qua pro tunc poterit homo esse: si non et immediate ante poterit ergo illa quantitas tunc erit minima sub qua non poterit esse homo et sic patet divisio. Item sequitur per aliquam distantiam potest. a. apparere pedalis quantitas et per aliquam non: nec et ita magnam igitur est dare maximam distantiam per quam. a. potest apparere pedalis quantitas vel minimam per quam non potest: quod divisio sit bona arguitur sic. assignado unum quod appareat pedalis quantitas et remoueat a visu quousque appareat minoris quantitas tunc signetur instans in quo desinet apparere pedalis quantitas. et quero nunquid tunc non apparebit sed immediate ante: vel tunc apparebit et non immediate post: et signetur distantia: et statim sequitur divisio.

Item sequitur per aliquod tempus poteris esse et per aliquod: non nec per tantum: ergo est dare maximum tempus per quod poteris esse vel minimum per quod non. Similiter sequitur aliqua quantitas est in me et aliqua non nec tanta: igitur est dare maximam quantitate que est in me vel minimam que non est in me. Etiam sequitur aliquis gradus est in ista latitudine et aliquis non nec ita intensus igitur est dare intensissimum gradum qui est in ista latitudine vel remississimum qui non. Consimiles infinite possent fieri divisiones que omnes tenent per hoc quod illud respectu cuius fit divisio pro minori verificatur sub contraria in affirmativa quam in negativa etc.

Tertia regula est ista. Ad hoc quod huius copulativa facta ex duobus sub contrariis inferat disunctivam per affirmationem minimum et negationem maximum requiritur quod illud respectu cuius fit divisio pro maiori verificetur in affirmativa quam in negativa termini significantis descensum: quales sunt: nec ita modicum: nec ita debile: nec ita remissum. Et sic de alijs verbi gratia sequitur aliquod visibile fortes sufficit videre et aliquid non nec ita paruum: igitur est dare maximum visibile quod for. non sufficit videre vel minimum quod sic: et quod illud respectu cuius fit divisio pro maiori verificetur in affirmativa quam in negativa patet: quod si for. sufficit videre aliquod visibile quodlibet maius illo sufficit videre vel tamen sed non quodlibet minus illo: sed bene aliquid minus possit videre: quod autem divisio sit bona arguitur sic: ponendo quod. a. sit unum coloratum quod ratione sue parvitas non sufficit at mouere visu for. et crescat quousque sufficiat videri ab eo tunc vel est dare primum instans in quo erit sufficiens ut a forte videatur vel ultimum in quo non. Si primum erit ergo tunc. a. erit sufficiens: ut a forte videatur: et non immediate ante: et per consequens. a. tunc erit minimum visibile a for. eo quod ratione sue parvitas nunquam ante sufficit videri. Si datur ultimum instans in quo non etc. igitur tunc. a. non erit sufficiens ut videatur a forte sed immediate post et per consequens. a. tunc erit maximum non visibile a forte cum ra-

tionem sue parvitas tunc non erit visibile sed immediate post
 Item sequitur sub aliqua quantitate potest esse forma hominis et sub aliqua non: nec ita parua igitur est dare maximam quantitate sub qua non potest esse forma hominis vel minimam sub qua potest: quod si divisio sit bene data: probatur: et ponitur quod. a. sit una quantitas sub qua possit esse forma hominis et dividatur quousque non possit sub ea esse forma hominis: tunc sic. Ista duo contradictoria erunt successive vera in. a. quantitate potest esse forma hominis et in. a. quantitate non potest esse forma hominis. Et quero instanti medio quod sit tunc utrum in tanta quantitate possit esse forma hominis vel non. Si sic igitur illa est minima quantitas sub qua potest esse forma hominis: cum nunquam post hoc in tali quantitate poterit esse forma hominis. Si autem dicitur quod instanti medio non poterit esse forma hominis cum immediate ante possit esse sequitur quod ista est maxima in qua non ut appareat. Item sequitur ab aliquo agente potest. b. passum pati et ab aliquo non nec ita debili: ergo est dare fortissimum agens a quo. b. passum pati non potest vel debilissimum a quo potest. Item sequitur aliquis gradus est in ista latitudine et aliquis non nec ita remissus igitur est dare intensissimum gradum qui non est in ista latitudine vel remississimum qui sic. Similiter etiam sequitur: aliqua potentia sufficit portare. a. grave per tempus et aliqua non nec ita debilis. ergo est dare maximam potentiam que non sufficit portare. a. grave per tempus vel minimam que sufficit: omnes iste consequentie et consimiles tenent per hoc quod illud respectu cuius fit divisio pro maiori verificatur in affirmativa sub contraria quam in negativa.

Quarta regula est ista. Si illud respectu cuius fit divisio in aliqua sub contrariarum verificetur pro infinito vel pro aliquo non respiciente determinatum terminum non sequitur aliqua predictarum divisionum. Ideo non sequitur per aliquod tempus potest antichristus esse futurus et per aliquod non nec tantum. ergo est dare maximum tempus per quod antichristus potest esse futurus ut minimum quod non. Aut maximum quod non vel minimum quod sic: antecedens enim est verum et consequens falsum: quod antecedens sit verum patet: quia per quodcumque tempus finitum antichristus potest esse futurus: igitur prima pars vera est et secunda verificatur pro tempore infinito. Sed quod consequens sit falsum probatur: nam non est dare maximum tempus per quod antichristus potest esse futurus: quia illud vel est finitum vel infinitum. Non finitum quia quodcumque tempore finito dato per maius tempus antichristus potest esse futurus. Nec etiam per infinitum quia hoc implicat: sequitur enim hoc erit: igitur in aliquo instanti et per consequens in tempore finito et non infinito: nec etiam est dare minimum tempus per quod antichristus non potest esse futurus: quia si sic illud esset finitum vel infinitum: non finitum: ut probatum est: nec etiam infinitum: quia tempus infinitum non est paruum. Alia divisio etiam dari non potest: quia si daretur maximum tempus per quod antichristus non potest esse futurus: illud esset finitum vel infinitum: non finitum: quia quodcumque dato per illud potest ipse esse futurus: nec etiam infinitum quia per maius illo non potest ipse esse futurus. Similiter non datur minimum tempus per quod ipse potest esse futurus: quia illud non est finitum ut probatum est: nec etiam infinitum: quia quodcumque dato per minus illo potest ipse esse futurus: dicebatur in regula quod illud respectu cuius fit divisio non debet verificari de aliquo non respiciente determinatum terminum si divisio debet sequi: quod non sequitur: aliqua pars quantitate est in me et aliqua non est in me nec tanta: igitur datur maxima potentia quantitate que est in me: vel minima que non: Aut maxima que non vel minima que sic: autem enim est verum et consequens falsum quod autem antecedens sit verum patet et quod prius sit falsum: probatur. Non enim datur primo maxima potentia quantitate que est in me: quod quocumque data adhuc maior illa est in me: nec datur minima que non est in me: quia illa est maior me

vel minor. Si maior igitur per aliquem excessum divisibilem
 & per se non quacumque minor: data datur maior: minor: illa
 que est in me. Si minor: ergo illa vel tanta est in me. & per
 consequens non est minima que non est in me. Non datur
 etiam maxima pars quantitativa que non est in me: quia si sic
 illa est minor: me & per consequens ipsa vel tanta est in me.
 Similiter nec datur minima pars quantitativa que est in me
 quia quacumque data minor: illa est in me. Per hanc media patet quod
 ista consequentia non valet. Aliquis gradus inclusivus est in
 ista latitudine & aliquis non nec tantus: assignata immediate
 remissioni latitudinis caliditatis igitur est dare intensissimum
 gradum inclusivum qui est in ista latitudine vel remississimum
 qui non. Aut remississimum qui sic vel intensissimum qui non.
 Similiter nec sequitur aliqua pars istius corporis est alba
 & aliqua non nec tanta: ergo datur maxima pars istius cor-
 poris que est alba vel minima que non. Aut minima que sic
 vel maxima que non: supposito quod esset aliquod corpus
 tertium vel quarta pars esset alba & residue nigra: per
 ergo quod nulla istarum partium valet: & hoc est quia illud respec-
 tu cuius fit divisio verificatur de aliquo non respiciente de
 terminatum terminum. In prima enim ponitur pars quanti-
 tativa: que verificatur pro parte quantitativa que non respicit de
 terminatum terminum: eo quod exclusivae terminatur & non in-
 clusivae: quocumque enim termino dato potest probari quod illa
 pars quantitativa non determinat sibi illum. Eodem modo et
 dicitur in alijs: quia in secunda divisione verificatur termi-
 nus pro aliquo non respiciente determinatum terminum ut
 patet de illo termino gradus inclusivus: nulla enim latitudo pro
 gradum inclusivum terminatur: etiam in tertio argumento fit
 divisio respectu rei vel termini non respicientis determi-
 natum terminum. Iste enim terminus albus non dicitur res-
 picere determinatum terminum quia nullus est gradus: siue nul-
 la pars in casu predicto propter quod ista propositio sit pro-
 vera. hoc est albus: siue propter quod tale dicitur album: sed oia pa-
 rent subtiliter intuitu quare etc. Veritatem aliquando tenet
 consimilis propositio gratia maiore. unde dato quod esset ali-
 quod corpus cuius una medietas esset alba & alia nigra: sequitur bene
 aliqua pars istius corporis est alba. & aliqua non nec tanta igitur
 est dare maximam partem istius que est alba vel minimam
 que non: Aut minimam que sic vel maximam que non. Sed
 in isto casu ans est falsum pro secunda parte: quia quacumque
 parte data que non est alba adhuc tanta est alba. Item dato quod a. es-
 set tota latitudo caliditatis hanc propositio est bona: aliquis gradus
 inclusivus est in ista latitudine & aliquis non nec tantus igitur
 est dare intensissimum gradum qui est in ista latitudine vel re-
 mississimum qui non: aut e contra: sed in isto casu ans est falsum
 pro secunda parte: si tamen in sub contraria negativa: poneretur
 terminus significans ascensum vel descensum nulla talis con-
 sequentia valeret. Non enim sequitur: aliqua pars istius cor-
 poris est alba & aliqua non ergo est dare maximam partem istius
 corporis que est alba vel minimam que non. aut e contra: nec
 etiam sequitur. Aliquis gradus inclusivus est in a. latitudine et
 aliquis non igitur datur intensissimus gradus qui est in a. latitu-
 dine vel remississimus qui non. Aut e contra. Certum est enim quod
 neutra istarum partium valet: quia antecedens est verum & consequens
 falsum: imo nec in alijs terminis valet huiusmodi modus argu-
 endi. Non enim sequitur: hoc pondus non possum portare
 & quodlibet minus illo vel tantum possum portare: igitur hoc est
 minimum pondus quod ego non possum portare: antecedens enim est
 verum & consequens falsum: nam dato quod esset unum pondus in cen-
 tro terre quod naturaliter non possem tangere: nec movere
 sed bene tantum vel equale. Non oportet quod illi negative ad-
 datur terminus significans ascensum vel descensum: pro-
 pterea bene sequitur istud pondus non possum portare: nec tamen
 quodlibet minus vel tantum possum portare. igitur hoc
 est minimum quod non possum portare: sed in isto casu ans
 est falsum. Similiter sequitur hoc non possum videre nec
 tamen quodlibet maius vel equale possum videre: igitur hoc
 est maximum quod non possum videre ubi aut demeret ter-
 minus signans ascensum vel descensum non valeret illa
 consequentia nec aliqua sibi similis. quare requiritur etc.

Ostenso in parte qualiter assignanda est
 talis divisio restat nunc
 inquirere que suarum partium est potius suscipienda por-
 tendo ut prius quasdam regulas directivas. Prima
 regula est ista. Cuiuslibet disjunctive per affirmationem
 maximi & negationem minimi vel per negationem ma-
 ximi & affirmationem minimi mediante termino communi non di-
 stributo respectu rei mutabilis intelligenda est pars negati-
 va: verbi gratia primo respectu disjunctive per affirmatio-
 nem maximi & negationem minimi. Nam si queritur vel
 est dare maximum hoc est gravissimum pondus quod for-
 sufficit portare vel minimum quod non respondetur quod mi-
 nimum quod non: & hoc est illud pondus quod est equalis po-
 tentie cum sorte: quia illud ipse non potest portare sed quod-
 libet minus vel tantum. quia per aliquem excessum excedit po-
 tentia sortis quodlibet tale minus. Et cum quilibet excessus
 sufficiat ad modum ut suppono ergo etc. Sed quod non sit
 dare maximum quod for. sufficit portare. probatur: quia si sic
 sit illud a. Et arguitur sic: for. sufficit portare a. ergo per ali-
 quem excessum excedit potentia sortis resistetiam a. pon-
 deris: consequentia patet quia ex proportione equalitatis non
 provenit actio. Et ultra arguitur sic. per aliquem excessum
 excedit potentia sortis resistetiam ipsius a. & non per ex-
 cessum indivisibilem: igitur per excessum divisibilem. Ca-
 piatur ergo ille excessus. Et arguitur sic. per medietatem
 istius excessus: potest for. portare a. igitur per alteram medietatem
 cum residuo potest for. portare maius a. & per se a. non
 est maximum igitur etc. Et nota quod in proposito non loquitur
 de potentia locali sed de potentia naturali que capitur pro
 sufficientia & prout est in secunda specie qualitatis. Item
 arguitur sic: si for. sufficit portare a. ponatur quod ipse potest il-
 lud per unam horam: tunc sic difficilius est for. portare a.
 per unam horam quam per medietatem hore sed a. sufficit
 portare per totam horam. igitur sufficit portare maius a.
 per medietatem hore. Et per se a. non est maximum. Et
 quod difficilius sit sortem ferre a. per unam horam quam per me-
 dietatem per se. quia sorte est potentie debilis & continue debilitatur & fa-
 tigatur importando. Item sic. Sorte continue debilitatur im-
 portando a. & idem a. erit continue equalis gravitatis. si-
 cut in principio. igitur si posterius quando erit debilio: suf-
 ficiet portare a. in principio quando erit fortior sufficiet por-
 tare maius a. Et per consequens a. non est maximum etc.
 Et sicut arguitur de a. potest argui de quocumque pondere
 quod ipse sufficit portare. Secundo ostenditur regula de
 disjunctiva facta per affirmationem minimi & negationem
 maximi. Nam cum queritur si est dare maximum quod for.
 non potest videre vel minimum quod sic. Respondetur
 quod est dare maximum quod non: quia ponatur quod a. sit unum
 coloratum quod ratione sine paritatis non sufficiat movere
 visum & crescat quousque sufficiat videri a sorte. tunc vel est
 dare primum instans in quo a. erit sufficiens. ut videatur a.
 sorte vel ultimum in quo non: non enim potest dari primum
 ergo ultimum in quo non: in quo a. non est sufficiens ut per se videatur
 sed immediate post. Et per consequens in illo instanti quodlibet
 maius a. vel tantum erit sufficiens ut per se videatur a sorte. &
 si sic: tunc a. erit maximum non per se visibile a sorte. Et quod non
 sit dare primum istas in quo a. erit sufficiens ut per se videatur
 a sorte. probatur: quia si sic. tunc in illo instanti a. erit sufficiens ut per
 se videatur a sorte. & nunquam ante ergo tunc nullum minus a. erit
 sufficiens ut per se videatur a sorte. & per se tunc a. erit mini-
 mum per se visibile a sorte: quod est falsum probatur. quia si a.
 videtur in aliqua distantia: igitur aliquid minus a. poterit videri
 in minori distantia quam a. Et per se a. non est minimum. Item
 si a. videtur cum aliquibus circumstantiis. igitur cum melioribus
 circumstantiis poterit a. videri: sed sorte pro isto dicitur quod si a.
 videtur oportet quod omnes circumstantie sint optime: requiritur
 enim optimus visus medium rarissimum optime lucidum
 obiectum optime coloratum: & sic de ceteris circumstantiis re-
 quisitis ad visum. Sed contra si a. videtur cum istis circumstantiis
 quod est impossibile naturaliter a. videretur ita debiliter si-
 cut potest videri: propositio falsum: ut videtur. Item pono quod a.
 videatur: cum illis circumstantiis & signo b. coloratum insensibile

biliter maius. a. quod similiter sensibiliter videatur: tunc
 .b. non videtur melius sensibiliter q̄ iam. a. videt. Igitur
 p̄ idē. a. potest remitti vel minorari & tñ nō videri sensibili
 ter peius q̄ iā & si sit. a. non ē minimum visibile a sorte.
C Itē ostēditur p̄ma divisio pro parte negativa. Itā si q̄
 ritur vtrum sit dare maximā distātia p̄ quā. a. potest ap
 parere pedalis quātūtat̄is vel minimā p̄ quā non. Itē espō
 detur q̄ ē dare minimā per quam nō: quia per illā nō po
 test appere a pedalis quātūtat̄is: s̄ p̄ quācūq̄ minorē vltā
 taz: citra certā: ut posito q̄. a. appareat pedalis quātūtat̄is &
 remoueat. a. visu quousq̄ appareat minoris quātūtat̄is tūc ē
 dicēdū q̄ i illo istāti i quo incipiet n̄ apparere pedalis quā
 titatis non apparebit pedalis quātūtat̄is sed immediate ante &
 per p̄ns distātia tunc assignata erit minima per quā. a. tūc
 non poterit apparere: q̄a p̄ illā non poterit apparere pe
 dalis quātūtat̄is sed quacūq̄ minori data datur maior mi
 nor illa certa assignata p̄ quā. a. poterit apparere pedalis quātū
 titatis. Et q̄ non sit dare maximā distātia per quā
 .a. potest apparere pedalis quātūtat̄is. probatur: q̄a si sic. nū
 deatur. a. in fine illius distātie: & ponat̄ vnūz equale ipsi
 .a. in distātia insensibilitate longiori: & sit. b. tunc. a. & .b.
 appent s̄ n̄ appent i eqlia: igitur appent eqlia v̄z pedalis quātū
 titatis: ergo si. a. ponetur in loco. b. & econtra adhuc ap
 pareret equalia. s. pedalis quātūtat̄is: igitur ista nō ē maxia
 distātia & c. **C** Sed hic forte respondetur. dicendo: q̄ in
 casu. a. & .b. non apparent equalia. & .b. apparet sensibili
 ter minus. a. quia licet excessus illius distātie per quā. b.
 apparet sit insensibilis tamen iste excessus additus toti re
 siduo est satis sensibilis. **C** Sed cōtra si propter distātia
 insensibilitate maiorē. b. apparet sensibiliter minus. a.
 ergo si. b. poneretur in fine illius distātie citra. a. & insensibi
 liter minueretur: sequit̄ q̄. b. apparet sensibiliter minus
 .a. imo q̄ quātūtat̄is maius iuxta poneretur ipsi. a. q̄ idēz
 appareret sensibiliter maius. a. & q̄ quātūtat̄is modicū. a. ap
 p̄: opiquaret versus oculū q̄ appareret sensibiliter mai
 s̄ omnia sunt falsa & cōtra experientia: & cōsequētia patet
 q̄: respōsio dicit q̄ insensibilis excessus addit̄ sensibili cau
 sat diuersitatem sensibilem. **C** Itē signo in puncto vnum
 insensibiliter maius. a. ita q̄ iā appareat equalia: & sint i pū
 cto illius distātie: & amoueat̄ equaliter a virtute visu
 na p̄ totā illā distātia: & sit illud. b. tūc in fine. a. & .b. appa
 rebunt equalia v̄l non: si tūc apparebūt equalia. ergo per
 aliquā distātia v̄lterius poterūt apparere equalia: pro
 batur cōsequētia: q̄ nō obstāte remotiōe facta ad oia alia
 pūcta semper apparuerūt eqlia igitur si adhuc remouerēt̄
 ad pūcta v̄lteriora apparerent equalia. S̄ hec argumēta
 nō cōcludūt posset enī rōnabiliter negari quibet cōsequen
 tiarum factarum dicēdo q̄ cā quare. a. & .b. plus distātia
 apparebunt inequalia ē: q̄. a. v̄ltra pūctum finālē appare
 bit sensibiliter minus q̄ in illo sed non. b. Et cōsimilit̄ pōt
 dici. ad alia prius deducta q̄ sicut datur maxima distātia
 per quā potest apparere pedalis quātūtat̄is: ita dat̄ aliqua
 remotio que non sufficit ad causādum tātā diuersitatē re
 spectu vnus vel plurium. Sed quelibet maior: illa sufficit
 Et per hoc p̄nt oia ista argumēta solui. Itā obstāte ista
 responsione. **C** Jam naturali ratione arguitur q̄ nō ē da
 re maximā distātia: q̄ tūc eēt dare optimū lumē: opti
 mam virtutē visuā: optimū obiectū possibile: optias
 circūstātia que dari possent s̄ natura. igitur nō ē tenenda
 pars affirmatiua divisionis. **C** Iterū ostēditur q̄ scōde di
 uisionis pars negativa est sustinēda: nā si queritur vtrum
 sit dare fortissimū agens a quo. b. passum pati nō pōt vel
 debillissimū a quo sic. respondetur q̄ est dare fortissi
 mum a quo non & c. q̄ signetur aliqd agens. a. cuius po
 tētia sit equalis resistētie. b. passi. Et arguit̄ sic: Ab. a. agen
 te. b. passum pati nō pōt sed a quolibet fortiori. a. b. passū
 pati pōt. ergo & c. cōsequētia tenet ab exponētibus ad ex
 posituz & aīns p̄ p̄ma parte patet quia a p̄potione eq̄
 litatis nō prouenit motus. Secunda pars probatur per
 hoc q̄ quelibet potētia maior. a. excedit resistētia. b. per
 aliquē excessum diuisibilem. Sed oīs potētia excedēs. b. re
 sistētia p̄ excessum diuisibilem. sufficit agere in. b. cuz oīs

excessus sufficiat ad motū igitur quilibet potētia q̄ est maior
 .a. vel tāta sufficit agere in. b. resistētia. Sed q̄cqd suffi
 ciat agere in. b. ab ipso idē. b. pati pōt igitur & c. q̄ non sit
 dare minimum vel debillissimū a quo. b. passum pati pōt
 probat̄: q̄ si sic sit illud. a. & arguit̄ sic: ab. a. agente. b. pa
 ti pōt. igitur p̄ aliquē excessum excedit potentia. a. agen
 tis resistētia. b. passi: sed nō p̄ excessuz iduisibile quia
 induisibile additum diuisibili non faciet illud maius ergo
 per excessum diuisibile: capiatur tūc ille excessus & diuida
 tur i duas medietates tūc dēpta vna medietate ab agēte
 .b. pati potest: sed illa parte dēpta ē. a. minus & debillius
 q̄ prius fuit: ergo. a. prius non fuit minimum vel debillis
 simum a quo. b. pati potest: cōsequētia cum minori par
 tet: & maior: probat̄: q̄ illa medietate dēpta. potētia. a. ex
 cedit resistētia. b. per excessum diuisibile sed quacūq̄
 potētia mundi data que excedit resistētia alicuius passi
 ab illa potentia potest illud passū pati. ergo adhuc illa pte
 .a. dempta ab. a. b. pati potest. **C** Tertio ostēditur q̄ p̄
 me diuisionis sustinēda est pars negativa vt si queritur
 nūquid ē dare maximū tēp̄ per quod tu potes eē v̄l mi
 nimum per qd non: respondetur q̄ minimū p̄ qd nō: q̄
 capio totū tempus incipiens ab hoc instāti & terminās ad
 primū non posse esse tū: quod sit. c. Et arguitur sic. c. est
 parūz tempus per qd tu non potes esse nec p̄ tū & quo
 cūq̄ tempore assignato mino: i. c. per illud v̄l per tātū po
 tes esse igitur. c. ē minimū p̄ qd tu nō potes esse: cōsequē
 tia cum minori patet & maior: pbatur. Itā sequitur per
 tempus poteris esse: igitur per quolibet instās. c. tēporis
 poteris eē: ergo p̄ primū n̄ posse esse tū q̄ iplicat contra
 ctionez. & q̄ non sit dare maximū tēpus per qd tu potes
 esse probatur: q̄ si sic sit illud. b. & arguitur sic. p̄ totuz. b.
 tēpus poteris eē & p̄ p̄ns p̄ vltimū instans. b. tēporis po
 teris esse: & si sic v̄ltra illud instans poteris eē: cōsequētia
 patet: nullius rei aiante datur vltimū instans: tunc sic: v̄ltra
 illud instans poteris esse per maius tempus q̄ per. b. et
 per p̄ns. b. nō est maximū. Itē tertio ostēditur q̄ secun
 de diuisionis eligenda est ps negativa: vt si q̄ritur vtrum
 sit dare intensiū gradū qui nō ē itensio: medio gra
 du totius latitudinis caliditatis vel remissiuū q̄ sic. **C** Re
 spondetur q̄ est dare intensiū q̄ nō: q̄ signetur medi
 gradus totius latitudinis caliditatis qui sit. a. & arguit̄ sic
 .a. est gradus intensus qui nō ē itensio: medio gradu tot
 tius latitudinis caliditatis: & quilibet gradus intensio: a.
 vel ita intensus ē itensio: medio gradu totius latitudinis
 caliditatis. igitur & c. Sed q̄ nō sit dare remissiuū gra
 dum intensiorem medio gradu totius latitudinis calidita
 tis: probatur: q̄ si sic sit illud. a. tūc arguitur sic. a. est gra
 dus intensio: medio gradu totius latitudinis caliditatis: er
 go inter. a. gradum & mediū gradum totius latitudinis
 caliditatis cadit latitudo media in qua infiniti sunt gra
 dus quozum quibet ē remissio: a. & intensio: medio gra
 du totius latitudinis caliditatis: igitur. a. n̄ ē remissiuū grad
 itensio: medio gradu totius latitudinis caliditatis. **C** Adhuc
 quarto ostenditur q̄ prime diuisionis sustinēda est pars
 negativa: vt posito q̄. a. sit vnum calidū vniformit̄ diffor
 me. secūdu sui extremū remissius terminatū ad mediū
 gradum totius latitudinis caliditatis & secūdu extremū
 itensiuū ad gradū mediū iter gradū mediū & gradū sumū
 totius latitudinis caliditatis. Itō posito. Si queritur v̄z
 sit dare intensiū gradū v̄ltra gradū mediū quem habz. a.
 vel remissiuū quem nō: respōdetur q̄ ē dare remissiuū
 quē nō: vt posito. q̄. c. sit gradus ad quē terminatur. a. in
 extremo intensio: tunc vt p̄z. c. gradum intensū v̄ltra gra
 dum mediū non habet. a. & quilibet remissio: ē. c. gra
 du vel ita remissiuū v̄ltra gradū mediū habet. a. igitur. c.
 ē remissiuū gradus v̄ltra gradū mediū quē habz. a. Et q̄ n̄
 sit dare intensissimū gradū v̄ltra gradū mediū quē
 habet. a. pbatur: q̄ si sic sit illud. b. Et arguitur q̄ nō: q̄
 inter. b. gradum & gradū ad quē terminatur. a. in extre
 mum intensus cadit latitudo media & in illa sunt infiniti
 gradus quozum quilibet est intensio: b. & omnes illos
 habet. a. igitur. b. nō est intensissimus gradus quē habz. a.

Ultimo demonstratur quod secunde divisionis pars negativa est eligenda. ut si queritur utrum sit dare maximam potentiam que non sufficit portare p.c. tps a graue vel minimam que sufficiat. Respondetur quod est dare maximam que non sufficit. Et b. e. illa potentia que e equalis potentie cu resistetia .a. grauis. et ecotra: qz ista potentia non sufficit portare .a. graue per tempus cu a proportione equalitatis non prouenit motus: sed qualibet maiori data datur minor motus: ista que sufficit ex quo quilibet excessus sufficit ad motum. Igitur etc. Et quod non sit dare minimam potentiam que sufficit per se portare .a. graue per tempus. probatur: qz si sic sit illa potentia. b. et arguitur sic. b. est minima potentia que sufficit portare .a. graue per tempus. Igitur .a. graue est maximum quod .b. potentia sufficit portare: consequens est falsum ut superius est probatum et consequentia probatur: quia oppositum se queritis formaliter repugnat antecedenti. Ista enim duo formaliter repugnant. b. e minima potentia que sufficit portare .a. et .a. e maximum quod .b. potentia sufficit portare: qz sequitur .a. non e maximum et .b. sufficit portare .a. Igitur sufficit portare maius .a. et per consequens minus .b. sufficit portare .a. et si sic. b. potentia non e minima que sufficit portare .a. quod erat probandum. Et b. p. intelligentia huius regule dicta sufficiat.

Secunda regula principalis e ista. Cuiuscuqz divisionis facta mediante termino distribuyente habite supposita finita respectu rei mutabilis sustinenda e pars negativa: b. regula declaratur primo in disiunctiva facta per affirmationem maximam et negationem minimam: unde si queritur: si est dare maximum pondus: quod quilibet homo potest portare vel minimum quod non: eligenda e pars negativa. s. minimum quod non: Et e istius est. qz cu huiusmodi terminus solus finita supposita habeat opz quod aliquid illorum sit ultimum et minime potentie inter oia residua: ex quo sequitur quod idem e terminus istius et totius distributionis respectu omnium distributorum: unde si for. sit debilissimum hominum. quicquid fuerit minimum quod for. non sufficit portare erit minimum quod non quilibet homo sufficit portare: qz quod for. non sufficit ferre non quilibet homo sufficit ferre: et quicquid sufficit ferre quilibet homo sufficit ferre. Et sic datur minimum quod for. non sufficit ferre datur etiam minimum quod non quilibet homo sufficit ferre: et hoc e illud quod potentie sortis e equale: dato quod for. sit debilissimum hominum: qz illud non quilibet homo sufficit ferre: et quodlibet minus vel tantum quilibet homo sufficit ferre: igitur etc. consequentia p. et maior. probatur. Nam illud for. non sufficit ferre: igitur illud non quilibet homo sufficit ferre: minor etiam patet: qz quodlibet minus vltimum for. sufficit ferre: igitur etiam tantum quilibet homo sufficit ferre consequentia p. per hoc quod for. in casu isto quolibet alio hodie est debilis. Et hoc idem iterum declaratur in disiunctiva facta per affirmationem minimam et negationem maximam: vbi si queritur an sit dare maximam potentiam actiuam a qua non quilibet resistetia potest pati vel minimam a qua sic. Respondetur quod e dare maximam a qua non etc. Causa autem quare e: qz b. sit questio de termino cui distributo habite finita supposita: quorum quodlibet suppositorum e potentia passiva. ex quo quodlibet talis est alienius resistetis inter que reperiantur debilissimum et maximum resistes quod terminat potentiam passivam totius distributionis: a quo fortissimum non potest pati non quodlibet aliorum potest pati: cum fortissimum sit de numero aliorum ergo illa potentia activa que est equalis potentie maxime resistetis e maximum a quo non quodlibet illorum potest pati: qz ab ipso non quodlibet illorum non potest pati: qz fortissimum iterum illa ab ipso non potest pati. Sed a quolibet maiori vel tanto potest pati. Et notandum quare in hac secunda regula et e in prima ponatur respectu rei mutabilis. ponitur enim ad denotandum quod si fieret divisio respectu rei immutabilis non esset sustinenda pars negativa sed affirmativa: res immutabilis in proposito dicitur e illa que eo quod potest in aliquid potest in maiori et minori. Ideo cu queritur vel est dare maximum pondus quod for. sufficit portare vel minimum quod non: sustinetur pars negativa: quia divisio fit mediante termino distributo et respectu rei mutabilis: qz eo ipso quod for. sufficit

portare aliquid pondus maius et minus illo sufficit portare. Et si per aliquod tempus sufficit vivere per maius et per minus sufficit vivere. Ideo si queritur utrum sit dare maximum tempus vel minimum per quod non poteris vivere sustineatur pars negativa: qz sit respectu rei mutabilis. Similiter eo ipso quod per aliquam distantiam potest apparere pedalis quantitas per maiorem et minorem potest sic apparere. Et Ideo si queritur nunquid datur maxima vel minima distantia per quam .a. non potest apparere pedalis quantitas tenenda est pars negativa: qz sit respectu rei mutabilis. Item in multis casibus dictis eo ipso quod .a. latitudo habet aliquem gradum maiorem et minorem habet. Sic si queritur utrum sit dare in tali casu intensissimum quod e illa latitudine vel remississimum quod si: teneatur pars negativa: qz sit respectu rei mutabilis et hoc dato quod illa latitudo terminetur ad duos gradus qui non sint in illa: hoc etiam declaratur in disiunctiva que fit per affirmationem minimam et negationem maximam: vbi quia potentia visiva eo ipso quod potest in aliquid videre minus et maius potest videre. Ideo si queritur utrum sit dare maximum quod for. non sufficit videre vel minimum quod sic sustineatur pars negativa: quia sit respectu rei mutabilis. Similiter eo ipso quod aliquid potest ab aliquo pati a maiori vel minori potest illud pati. Ideo cu queritur. Utrum sit dare fortissimum agens a quo .b. passum non potest pati vel minimum a quo potest: eligatur pars negativa: qz sit respectu rei mutabilis. Et sic in casu prioris: qz si aliquis gradus e in .a. latitudine maiori et minori: illo est in .a. latitudine. Ideo si queritur si est dare intensissimum gradum qui non in illa vel remississimum qui sic: sustineatur pars negativa: qz sit respectu rei mutabilis. Item eo ipso quod aliqua potentia sufficit ferre .a. graue maiori et minori: illa sufficit. Ideo si queritur utrum sit dare maximam potentiam que non sufficit ferre .a. vel minimam que sufficit: eligatur pars negativa: quia sit respectu rei mutabilis hoc idem debet dici quando fit divisio mediante termino distributo habite solum finita supposita. unde eo ipso quod aliquid pondus quodlibet homo potest portare maius et minus illo potest portare. Ideo in divisione sustineatur pars negativa. Et sic eo ipso quod quilibet virtus visiva sufficit aliquid videre minus et minus illo sufficit videre. Ideo si queritur utrum sit dare minimum quod quilibet virtus visiva sufficit videre vel maximum quod non: teneatur pars negativa: ex quo divisio fit respectu rei mutabilis. Et fit etiam divisio aliquando respectu rei immutabilis: ut puta quando illud respectu cuius fit divisio non eo ipso quod de aliquo verificatur de maiori et minori illo verificatur: unde quia non eo ipso quod aliqua pars est in me maiori et minori: illa est in me. Ideo si queritur utrum sit dare maximam partem que est in me vel minimam que non: sustineatur affirmativa: et illa pars est altera pars compositi que est in me: quia nulla maior est in me. Similiter quia aliquis gradus est in .a. latitudine et non maior: illo est nec ita intensus: assignata tota latitudine caliditatis que sit .a. Ideo cum queritur nunquid datur intensissimus gradus vel remississimus qui non sustineatur pars affirmativa et ille gradus est gradus summus. Similiter si terminaretur ad aliquem gradum qui esset in illo finis suextremum remississimum: qz talis gradus esset in illo et non minor. Ideo si queratur an daretur intensissimum qui non esset in illa latitudine: vel remississimus qui sit: teneatur pars affirmativa: quia sit respectu rei immutabilis. Aliquando fit etiam respectu rei immutabilis. ut puta cum limitatione temporis vel gradus vel alienius alterius: ut limitando ad aliquem certum gradum velocitatis in aliquo certo medio non esset eligenda pars negativa sed potius affirmativa: ut si fieret talis divisio: vel est dare maximum pondus quod for. potest lenare .a. gradu velocitatis in .b. medio vel minimum quod non: sustinenda est pars affirmativa: quia licet adhuc maius potest lenare non tamen a gradu velocitatis in .b. medio: quibus forte posset ipsum lenare a gradu velocitatis in medio rariori et hoc supposito quod for. finis vltimum sue potentie agat: et quod sua potentia alim de non augetur nec diminuat. Item si queritur vel

est dare maximam potentiam a qua hic lapis non potest leuari a gradu velocitatis in .b. medio vel minimam a qua potest: elligenda est pars affirmatiua: quia ab ista potentia potest leuari cum istis limitationibus et a nulla minori cum eisdem circumstantiis quare etc.

Tertia regula principalis est ista: tam prime quam secunde diuisionis ex affirmatione maximi et negatione minimi vel econtra mediante termino distributo habente supposita infinita sustinenda est pars affirmatiua: ut si queritur an sit dare maximum graue quod quilibet fortius sorte sufficit portare vel minimum quod non. Respondetur quod maximum quod sic: quod capiatur aliquod graue quod sit equale potentie sortis: quod sit .a. tunc .a. sufficit quodlibet fortius sorte portare et nullus maius .a. sufficit quodlibet fortius sorte portare: igitur .a. est maximum etc. consequentia cum maiori patet: et minorem probat: quia si non datur aliquod maius quod quodlibet fortius sorte sufficit portare: et sit illud .b. Lapis ulterius aliquod fortius sorte quod sit plato: cuius potentia sufficit portare .b. et arguitur sic inter gradum correspondentem potentie sortis et gradum correspondentem potentie platonis cadit latitudo media in cuius medietate remissiores plures sunt gradus quorum cuilibet correspondet potentia aliqua fortior sortis que non sufficit portare .b. igitur .b. non quodlibet fortius sorte sufficit portare etc.

Sed contra hoc solet sic argui: quodlibet fortius sorte excedit resistantiam .a. per excessum diuisibilem capiatur tunc ille excessus: et diuidatur in duas medietates: et addatur .a. gravitati tunc sicut est medietas illius: tunc certum est quod quodlibet fortius sorte sufficit portare .a. et ipsum est maius quam fuit prius. igitur prius non fuit maximum.

Ad istud respondet concedendo quod quodlibet fortius sorte excedit resistantiam .a. per excessum diuisibilem. Et cum dicitur capiatur ille excessus: nego casum quia talis non est dandus: eo quod ille terminus excessus ibidem a parte predicati stat confuse tantum et nullo modo sub eo contingit descendere copulatiue nec disunctiue. Et quod non sit dare minimum quod non quodlibet fortius sorte sufficit portare. probatur: quia si sic: sit illud .b. tunc .b. est maior vel minor vel equalis potentie sortis. si minor vel equalis: ergo quodlibet fortius sorte sufficit portare: per se nota: quod quilibet excessus sufficit ad motum. Si .b. sit maior potentia sortis arguitur sic .b. est minimum quod non quodlibet fortius sorte sufficit portare: ergo .b. est parum quod non quodlibet fortius sorte sufficit portare: et quolibet minori dato datur maius minus .b. quod quodlibet fortius sorte sufficit portare. Sed hoc est falsum probatur et assigno .d. potentiam minorem .b. et maiorem potentiam sortis: tunc certum est quod iter .d. potentia .b. potentia sunt infinite potentie quarum nulla non quodlibet fortius sorte sufficit portare: igitur non quocumque minori dato datur maius minus .b. quod quodlibet fortius sorte sufficit portare: nota per se nota probatur: quia inter .d. potentia et potentia sortis sunt infinita fortiora sorte quorum unum sufficit agere in aliqua potentia inter .d. et .b. quod a proportionem inequalitatis non provenit actio. igitur etc.

Secundo ostenditur regula sic: et pono .a. sit una latitudo incipiens a non gradu et terminata ad gradum ut octo. et sit .b. gradus medius istius latitudinis et .c. excessus quo .b. excedit precise gradum subduplum ad .b. Isto posito: si queritur utrum sit dare maximum excessum quo quilibet gradus intensior .b. excedit gradum subduplum ad .b. vel minimum quod non. Respondetur quod dare maximum quod sic: quod .c. est magnus excessus quo quilibet gradus intensior .b. excedit gradum subduplum ad .b. et nullus excessus est maior .c. quo quilibet gradus intensior .b. excedit gradum subduplum ad .c. igitur .c. est maximum excessus quo sic: nota cum maiori patet: et minor probatur: quod si aliquis excessus sit maior .c. quo quilibet gradus etc. sit ille excessus .d. tunc inter gradum terminatum .d. excessum in extremo intensiori et .b. gradum cadit latitudo media in qua sunt infiniti gradus quorum quilibet excedit gradum subduplum ad .b. et non excessum .d. igitur .d. excessus non est maior

et quo quilibet gradus intensior .b. excedit gradum subduplum ad .b. quod non sit dare minimum excessum quo non quilibet gradus intensior .b. excedit gradum subduplum ad .b. probatur quia si sic. sit ille excessus .d. tunc vel .d. excessus terminatur ad gradum intensiorem vel remissorem vel ad .b. gradum precise. Si ad gradum remissorem vel ad .b. gradum: tunc sic .c. excessus .b. gradus excedit gradum subduplum ad .b. igitur a multo fortiori .c. excessus quilibet gradus intensior .b. excedit gradum subduplum ad .b. Et utraque igitur .d. non est minus qui non etc. Si .d. excessus terminatur ad gradum intensiorem .b. sit ille .f. tunc iter .b. gradum et .f. cadit latitudo media in cuius medietate intensiores sunt infiniti gradus excedentes aliquo excessu gradum subduplum ad .b. quo excessu non excedunt aliqui gradus intensiores .b. in medietate remissiori. igitur non quolibet excessus in minori .d. dat maior excessus in minori .d. quo quilibet gradus intensior .b. excedit gradum subduplum ad .b. et per se nota .d. non est ille minimus excessus quo non etc. **Tertio** declaratur regula sic. Et pono .a. sit una quantitas que ab aliquo mobili poterit pertransiri in hac hora mouendo continue .a. gradu velocitatis: tunc isto posito si queritur utrum sit dare maximam quantitatem que potest pertransiri in hac hora quolibet gradu velocitatis intensiori a gradu vel minimum quantitatem que non. Respondetur quod dare maximam que sic: quod .b. est magna quantitas que potest pertransiri in hac hora quolibet gradu velocitatis intensiori a gradu et nulla est quantitas maior .b. que poterit pertransiri in hac hora quolibet gradu velocitatis intensiori a gradu: igitur .b. est maxima quantitas que poterit etc. Nota cum maiori per se nota probatur: quia si non datur oppositum: et sit illa quantitas .f. tunc arguitur sic .f. quantitas non poterit pertransiri in hac hora quocumque gradu velocitatis intensiori .a. gradu ergo .f. non est quantitas maior .b. que poterit pertransiri in hac hora quolibet gradu velocitatis intensiori .a. gradu. Nota per se nota probatur. Et signo aliquem gradum quo .f. quantitas precise poterit pertransiri in hac hora. et sit ille gradus .c. tunc sic iter .c. gradum et .a. cadit latitudo media in qua sunt infiniti gradus quorum quilibet est intensior .a. et remissior .c. et nullo illorum potest .f. quantitas pertransiri ergo: antecedens probatum consequentia patet et minor arguitur sic .c. gradu velocitatis precise poterit .f. quantitas in hac hora pertransiri: igitur nullo gradu remissiori poterit .f. in hac hora pertransiri. sed quolibet gradus inter .c. et .a. est remissior .c. igitur nullo illorum poterit .f. quantitas in hac hora pertransiri que fuit minor .a. banda. Et quod non sit dare minorem quantitatem que non poterit pertransiri in hac hora quolibet gradu velocitatis intensiori .a. gradu potest probari ex supradictis etc. **Ultimo** ostenditur idem in disunctiua facta per affirmationem minimi et negationem maximi: ut si queritur vel est dare maximam potentiam actiuam a qua non quilibet resistantia minor et debilio: .a. resistantia potest pati vel minimam a qua sic. elligenda est pars affirmatiua: videlicet quod est dare maximam potentiam actiuam a qua quilibet resistantia minor vel debilio: .a. potest pati: et talis est que est equalis ipsi .a. probatur: et sit ista resistantia assignata .a. et potentia actiuam sibi equalis .b. tunc arguitur sic .a. potentia .b. quilibet resistantia debilio: potest pati cum quilibet excessus sufficit ad motum: et a nulla minori potentia .b. quilibet resistantia debilio: .a. potest pati: igitur .b. est minima potentia etc. consequentia patet et minorem probat: quia si ab aliqua potentia minori .b. quilibet resistantia debilio: .a. potest pati sit ergo illa potentia minor .b. potentia .c. et excessus quo .b. excedit .c. sit .f. tunc si ab ipso .c. quilibet resistantia minor .a. potest pati: igitur ab ipso .c. talis resistantia quam .a. excedit per medietatem excessus .f. potest pati: quod est falsum: quia tunc maius a minori pateretur quod est falsum. Et sic patet veritas regule.

Quarta regula est ista. Cuilibet disunctiue ex affirmatione maximi et negatione minimi vel econtra respectu rei imutabilis similiter sustinenda est pars affirmatiua. Et causa est quod cum sub aliquo termino oporteat huiusmodi diuisionem com-

neri & res ipsa respectu cuius sit diuisio immutabilis fuerit sequitur semper idem saltem quo ad sui generalitatem. verbi gratia. vt si queritur. vel est dare maximam distantiam que uniformiter poterit pertransiri in hora. a gradu velocitatis uniformi vel minimam que non. **C** ista diuisio sit respectu rei immutabilis quantum ad propositum pertinet: quia limitatur ad certum ex parte temporis: quolibet namque hora cuiuslibet hore est equalis. Et etiam limitatur ista diuisio ad certum ex parte gradus: nam. a. gradus vt gradus est: est indiuisibilis nullam partem diffinitam vel mutabilitatem: qua propter sequitur quod non plus potest pertransiri in vna hora isto certo gradu uniformi quam in quacumque alia eodem gradu uniformi: ergo quantum ad hoc in variabiliter & immutabiliter se habet & per consequens sustinenda est pars affirmativa: videlicet quod est dare maximam distantiam que poterit esse. probatur & accipio aliquam distantiam que ab aliquo motu poterit pertransiri in tota hora mouendo continue a gradu velocitatis que sit. b. Et arguitur sic. b. est magna quantitas seu distantia que uniformiter poterit pertransiri in hac hora a gradu velocitatis uniformi & nulla est distantia maior. b. que uniformiter poterit pertransiri in hac hora a gradu velocitatis uniformi. ergo. b. est maxima quantitas & c. consequentia cum maiori patet: & minor probatur: quia si non datur oppositum: quod aliqua est maior distantia que uniformiter poterit pertransiri in hac hora a gradu velocitatis uniformi. Et sit illa distantia. c. & arguitur sic. c. est distantia que uniformiter poterit esse. & c. est maior. b. igitur. b. non est maxima distantia que uniformiter poterit esse. quod est contra casum & consequentia patet: vel aliter sequitur quod aliquod mobile continue mouedo eodem gradu velocitatis duobus in eodem tempore precise posset uniformiter pertransire quod videtur impossibile. Et quod non sit dare minimam distantiam que uniformiter non poterit pertransiri etiam probatur: quod si sic: sit illa distantia. c. & arguitur sic. c. est minima distantia que uniformiter non poterit pertransiri in hora a gradu velocitatis uniformi: igitur. c. est parua distantia que uniformiter non poterit pertransiri in hora a gradu velocitatis uniformi: & quacumque minor data dat maior minor. c. que uniformiter poterit esse. sed probatur quod non: supposito vt prius quod. b. sit vna distantia que poterit pertransiri in tota hora a gradu velocitatis uniformi tunc. c. est maior. b. igitur per aliquam quantitate diuisibilem: sed quacumque data in illa sunt infinite quantitates vel distantie quarum nulla cum. b. poterit uniformiter pertransiri in hora a gradu velocitatis uniformi. quia quolibet talis est maior. b. igitur. c. non est minima que non esse. **C**onfirmatur potest responderi ad quocumque confirmata sustinendo partem diuisionis affirmatiuam: vt aliqua est maxima caliditas uniformiter diffinita a gradu caliditatis uniformi equalis vel minima: que non. Aliqua est maxima distantia quam sortis pertransiet in hora intendendo motum suum uniformiter ab. a. igitur ad. b. sine. a. quiete ad. a. gradum vel minimam que non data tota latitudine intensiois motus. a. non gradu vsque ad gradum: vt octo: qui sit. b. & gradus medius. a. **C** Similiter in eodem casu conceditur quod est dare maximam distantiam quam sortis pertransiet in hora mouendo uniformiter sub medio gradu: inter. a. & b. sine inter. a. & non gradum ex quo totus ille motus gradui suo medio correspondet. In omnibus istis secure sustinenda est pars affirmatiua.

Contra istam regulam arguitur sic. Est dare minimam distantiam que non poterit pertransiri in minori tempore quam in hora a gradu velocitatis uniformi & non est dare maximam que sic: & h. sit diuisio respectu rei immutabilis: quia sit limitatio respectu gradus. igitur regula insufficientis: consequentia patet & maiorem probatur: & pono quod a gradu velocitatis uniformi poterit pedalis distantia uniformiter pertransiri in hora adquate & nulla maior: tunc patet quod pedalis distantia est minima distantia que

non poterit pertransiri in minori tempore quam in hora. a gradu velocitatis uniformi: quia pedalis distantia non poterit pertransiri in minori tempore quam in hora a gradu velocitatis uniformi: nec aliqua tanta distantia sed quolibet distantia minor pedali distantia vel sibi equalis in minori tempore quam in hora poterit pertransiri a gradu velocitatis uniformi. Et quod non sit dare maximam distantiam que poterit pertransiri in minori tempore quam in hora a gradu velocitatis uniformi probatur: quia si sic: sit illa distantia. b. quero ergo aut. b. est pedalis distantia aut maior. aut minor: non potest dici primum: nec secundum: ex eo quod nulla pedalis distantia potest pertransiri in minori tempore quam in hora a gradu velocitatis uniformi iuxta casum: nec potest dici quod sit minor pedali distantia quod sic arguitur: omnis distantia minor pedali poterit pertransiri in minori tempore quam in hora a gradu velocitatis uniformi: sed aliqua distantia maior. b. est minor pedali & quolibet talis potest pertransiri in minori tempore quam in gradu velocitatis uniformi: igitur. b. non fuit maxima distantia & c. **C** Item cum queritur si datur maxima resistetia uniformiter diffinita terminata ad non gradum quam. a. potentia sufficit pertransire vel minima quam non: supposito quod. a. sit potentia immutabilis vt octo: patet quod sit danda pars negatiua & est illa resistetia uniformiter diffinita incipiens a non gradu & terminata ad gradum. a. potentie. Unde illam. a. potentia non sufficit pertransire: sed quolibet minorem vel tantam.

Ad istas rationes respondetur. **C** Ad primam concedo quod est dare minimam distantiam que non poterit uniformiter pertransiri in minori tempore quam in hora. a. gradu velocitatis uniformi: sed h. diuisio non sit respectu rei immutabilis simpliciter: quia non limitatur ad aliquod certum tempus: licet. a. gradus fuerit secundum se immutabilis & uniformis: quantitas enim temporis fuit mutabilis ad plus & ad minus quod sufficit ad hoc quod fuerit diuisio respectu rei mutabilis. **C** Ad secundam respondetur confirmatim tenendo partem negatiuam diuisionis nec ibi sit diuisio respectu rei immutabilis simpliciter: quia licet. a. potentia sit immutabilis quo ad se: non tamen quo ad tempus: eo ipso. n. quod aliquam resistetiam uniformiter diffinitam terminatam ad non gradum. a. potentia sufficit pertransire in aliquo tempore minorem illa sufficit pertransire in minori tempore & maiorem in maiori tempore. Ideo quantum ad hoc est diuisio respectu rei mutabilis. **C** Ad hoc enim quod esset diuisio respectu rei immutabilis oportet quod illud respectu cuius sit diuisio: eo ipso quod posset in aliquo non posset in maiori vel in minori cum circumstantiis diuisionis. **C** Non datur maxima distantia que uniformiter poterit pertransiri in hora a gradu velocitatis uniformi: quia non eo ipso quod aliqua distantia poterit uniformiter pertransiri in hora a gradu velocitatis uniformi maior illa poterit uniformiter pertransiri in hora a gradu velocitatis uniformi: Sed bene datur minima distantia que non poterit uniformiter pertransiri a gradu velocitatis uniformi: quia hic res respectu cuius sit diuisio est immutabilis. eo ipso enim quod aliqua distantia poterit uniformiter a gradu velocitatis pertransiri maior illa & minor poterit in diuersis temporibus. Et hoc contingit: quia ibidem non sit limitatio temporis. Eodem modo est dicendum si non esset limitatio ex parte gradus: licet ex parte temporis: quod ibidem non esset diuisio respectu rei immutabilis simpliciter oportet enim quod res immutabiliter se habeat respectu totius diuisionis & non partis vt superius est ostensum.

C De obiectionibus dictis & motis soluedi argumenta.



Contra quedam superius dicta contingit arguere: & argumenta tacta dissoluere ut in initio fuit promissum. **C** Arguitur enim primo contra secundam regulam primi articuli. In qua exprimitur quod verificato illo respectu cuius sit diuisio de minori in affirmatiua quam in negatiua sequitur. disunctiua per affirmationem maximam & negationem minimam: ponatur enim quod sortis sit po-

tēte ut quatuor. et sit. a. resistentia uniformiter difformis incipiens a non gradu et terminata ad gradum ut octo: tunc aliquam partem ipsius. a. resistentie uniformiter difformis sufficit for. diuidere et aliquam non: et tamen non ē dare maximā ptē. a. resistentie unifo: mitē difformis quā for. sufficit diuidere vel minimam q̄s nō: q̄ non detur primum patet: quia quacūq; parte data. a. resistentie q̄s for. sufficit diuidere maiorem illa sufficit ipse diuidere: q̄a nō ē possibile q̄ ita bene applicetur sicut potest applicari. Et q̄ non sit dare minimam partem ipsius. a. resistentie uniformiter difformis quā for. non sufficit diuidere: probatur: quia si sic: sit. b. aut terminatur citra potentiam sortis vel ultra. Non primo modo quia omnem resistentiam uniformiter difformem terminatam citra potentiam sortis for. sufficit diuidere nec secundo mō: nec tertio modo cum medietas intensior. b. vel quēcūq; pars terminata ad potentiam sortis sit: minor. b. quā tamen for. sufficit diuidere. **Secundo** arguit sic. et pono q̄. a. sit vna magnitudo cuius vna medietas rarefiat s̄m se totam: et alia condēpsetur: supponendo q̄ illud dicatur rarefieri cuius plusq; medietas s̄m se totam rarefit. Isto posito patet q̄ aliqua pars. a. rarefit et aliqua non: et tamen non est dare maximam partem que rarefit: nec minimam que nō. **Q̄** non detur maxima pars que rarefit. probatur: quia si sic: sit illa. b. tunc sic: a. est maior. b. ergo per aliquam quātitatem est. a. maior. b. tunc accipio illam quātitatem medietatem inter. a. et. b. et totam medietatem. a. que rarefit: et sit. c. tunc patet q̄. c. est pars quātitativa que rarefit. et. c. ē maior. b. igitur. b. non est maxima. **Tertio** arguitur sic per aliquod tempus tu sufficis viuere: et per aliquod nō. nec per aliquod ita magnum: et tamen non est dare maximum tempus per q̄ tu sufficis viuere vel minimum: per q̄ non: q̄ non sit dare maximum p̄: quia non est possibile q̄ omnia que possunt promouere ad vitā tui eque bene applicabuntur sicut possunt applicari: nec est dare minimum tempus per q̄ non: quia si sic: sit illud. b. Contra per quolibet instans. b. tempus: is sufficis viuere: igitur per ipsum. b. tempus tu sufficis viuere. **Quarto** arguitur sic. In aliquo instanti futuro tu poteris esse et in aliquo nō. Et tū non est dare primum instans in quo tu poteris esse nec vltimum in quo non: q̄ non sit dare primum: probō. quia si sic: sit illud. b. tunc arguitur sic. Inter. b. instans et instans presens cadit tempus medium: et in illo tempore sūt infinita instantia. in quorum quolibet poteris esse ex quo inmediate post hoc eris: igitur. b. instans non est primum instans in quo tu poteris esse: vt patet ex quo tu es. **Qui** tō pono q̄: a. punctus distet a. b. puncto fixo sic q̄. a. punctus nō sufficit moueri versus. b. d. gradu velocitatis: nec ita intenso sed omni gradu citra. d. tunc sic. In aliquo instanti futuro. a. punctus sufficet tangere. b. et in aliquo nō nec ante illud et tamen non est dare primum instans in quo. a. sufficit tangere. b. nec vltimum in quo non q̄ arguitur sic. quia si sit dare primum: sit igitur. e. tunc sic. e. erit primum instans in quo. a. punctus sufficit tangere. b. ponit igitur q̄. a. in. e. tanget. b. tunc sic. a. in. e. tanget. b. et nō añ. e. sufficit tangere. b. igitur. a. ita velociter mouebitur versus. b. sicut sufficet moueri versus. b. consequens est falsum vt patet quia non est dare maximam velocitatem citra. d. Nec etiā est dare vltimum in quo non: q̄ si sic: sit illud. e. tunc sic. e. est vltimum instans: in quo. a. non sufficit tangere. b. igitur in. e. instanti. a. non sufficit tangere. b. sed inmediate post. e. instans. **Contra** inmediate post. e. istas. a. sufficit tangere aliquem punctum ultra. b. et inmediate post. e. instans. a. sufficet tangere. b. igitur. a. ita cito. sufficet tangere aliquem punctum ultra. b. sicut sufficet tangere. b. consequens falsum: quia omne distans ab aliquo q̄ sufficit tangere citius sufficit tangere propinquus q̄ remotius. Confirmatur si. a. punctus inmediate post. e. istas sufficit tangere. b. et non est possibile q̄. a. punctus inmediate post. e. instans contingat. b. igitur. a. punctus citius sufficit tangere. b. q̄ est possibile ipsum tangere. b. consequens impossibile. **Ultimo** arguitur sic. Aliquod pondus for.

tes sufficit portare: et aliquod non et tamen non est dare maximum pōdus quod ipse sufficit portare. nec minimum quod non: probō. Nam fortes quolibet pondus vel tantū potest portare: ergo non est dare maximum: nec minimum quod non: consequentia patet: et antecedens probatur: q̄ for. quolibet pondus. vel tantum potest portare cum iumento: igitur quolibet tale potest portare: patet consequentia: quia portare cum iumento est portare eo q̄ tale de sensui ponderis resistit ne descendat.

Ad hec respondetur **Ad** primū admittēdo casū. Et vltimū dī q̄ illa resistentia q̄ ē a nō gradu vsq; ad gradū vt quatuor: ē minima ps ipsi. a. quā for. si sufficet diuidē quia illa fortes non sufficit diuidere: nec aliquā partem tantam. a. sed quālibet partem ipsius. a. minorem vel sibi equelem for. sufficit diuidere: per hoc patet: q̄ illa consequentia non valet: nullam partem terminatam ad potentiam sortis sufficit ipse diuidere quācumque quolibet est minor. b. ergo. b. non est minima que non: negatur consequentia: sed oportet addere i antecedente terminū significatē assensum: h̄ enim nullam talem partem terminatā sufficet for. diuidere sufficit q̄ equalem. **Ad** secundū dicitur q̄ concludit verum sed non contra regulam: quia illa consequentia non valet: aliqua pars. a. rarefit: et aliqua non: ergo est dare maximam partem que rarefit vel minimam que non: primo quia illud respectu cuius sit diuisio nō respicit determinatum terminum: quia nulla est pars rarefacta illius corporis propter quā hoc dicatur: primo rarefactum recte: sicut prius dicebatur de corpore albo cuius vna medietas est alba: et alia nigra. **Secundo** negatur consequentia: quia illud respectu cuius sit diuisio non verificatur de minori in affirmativa sub contraria q̄ in negativa: quacūq; enim parte data que non rare fit tanta rarefit: vt patet inspicienti casum. **Tertio** negatur consequentia: quia sub contrarie negative non annectitur terminus significans assensum. Ideo debet s̄mi p antecedente aliqua pars. a. rarefit et aliqua nō nec tanta: modo in isto casu bene sequitur diuisio sed antecedens est falsum. Similiter non sequitur: aliqua est resistentia difformis cuius aliqua parte sufficit. a. diuidere: et aliquam non: igitur aliqua ē maxima resistentia difformis cuius aliquam partem sufficit. a. diuidere vel minima cuius nullam. sed oportet addere in antecedente: nec alicuius tante vel maioris resistentie sufficit. a. aliquam partem diuidere quod est falsum q̄ cūq; mundi data. **Ad** tertium respondetur q̄ ē assignare minimum tempus per q̄ tu non sufficis viuere. Et vltimū admittitur q̄ sit. b. Et negatur q̄ pro quolibet instanti. b. tempus tu sufficis viuere: sed conceditur q̄ pro quolibet instanti intrinseco sufficis viuere: non tamen sufficis viuere pro quolibet instanti. b. tempus intrinseco: quia tunc sufficeret viuere per. b. tempus: imo nec pro quolibet tempore minori. b. sufficis viuere: quia per medietatem. b. tempus terminatam ad ipsum. b. non sufficis viuere: nec ex hoc sequitur q̄. b. non est minimum tempus per quod non sufficis viuere: quia non pro quolibet minori. b. sufficis viuere. quia hoc non requiritur: sed sufficit q̄ quolibet minori dato datur maius: min. b. p quo sufficis viuere. **Ad** quartum dicitur q̄ argumentum concludit verum sed non contra regulam: quia in antecedente non ponitur aliquis terminus significans assensum vel descensum. Si autem in minori adderetur: nec in aliquo instanti ante illud bene sequeretur q̄ esset dare primum vel vltimum in quo non et. sed antecedens eēt falsum vt patet. Si vero adderetur in minori nec in aliquo instanti post sequeretur q̄ esset dare primum instans in quo non vel vltimum in quo sic. Et sic arguendo concederetur consequentia: et consequens pro prima parte: videlicet q̄ est dare primum instans in quo non poteris esse vt viuere. Certum est enim q̄ quilibet homo habet vnam certam pōdum quā non potest preterire: et illius vltimū instans est primum instans in quo talis non potest eē nec durare: sed in quolibet instanti citra illud instans potest ita

lis esse vel durare etc. Ad quintum admitto casum et concedo quod est dare ultimum instans in quo .a. punctus non sufficit tangere .b. Et ulterius admittitur quod ille sit .e. Et tunc ad argumentum .e. erit ultimum instans in quo .a. non poterit tangere .b. vel non sufficit tangere .b. igitur immediate post .e. instans .a. sufficit tangere .b. conceditur consequentia et consequens. Et tunc ad probationem immediate post .e. instans .a. sufficit tangere .b. et aliquem punctum ultra .b. igitur ita cito .a. sufficit tangere aliquem punctum ultra .b. sicut .b. conceditur consequentia et consequens: ut patet ex suis exponentibus: quia sortes sufficit tangere .b. et aliquem punctum ultra .b. et non post .b. quod aliquem punctum ultra .b. Sed negatur quod .a. sufficit tangere aliquem punctum ultra .b. ita cito .b. sicut: quod quocumque dato illum posterius tanget. uel saltem non tanget. Ad confirmationem nego consequentiam: sicut non sequitur: immediate post hoc tu eris: et non est possibile quod immediate post hoc tu sis: igitur tu citius eris quam est possibile te esse certum est quod consequentia non ualet. Ad ultimum argumentum solet responderi quod dato quod sortes et plato ferant unum lapidem quem neuter illorum de se sufficit ferre quod illi ferunt illum lapidem et neuter illorum fert illum lapidem: imo uterque illorum fert: et nihil fert. Et per hoc respondetur ad argumentum negando quod quodlibet potest ferre: potest portare licet cum alio potest portare.

Contra istam responsionem arguitur sic sequitur. isti ferunt lapidem igitur isti sunt ferentes lapidem et per consequens quilibet eorum est ferens lapidem. Similiter quilibet eorum resistit descensui lapidis: ergo quilibet eorum potest portare lapidem. Item sequitur quod difficilius est sortem ferre nihil ferendo quam ferre unum pondus mille librarum: probatur posito quod sortes et plato ferant simul aliquid quod neuter illorum sufficit ferre et quilibet illorum sufficit per se ferre pondus mille librarum tunc per responsionem nullus illorum fert aliquid. et tamen difficultatem maiorem faciunt ut supponatur quod si uterque illorum ferret unum pondus mille librarum. Item sequitur quod fortissimus homo mundi difficultatem maiorem faceret inferendo granum milij: quam unus puer duorum dierum importando fabam. Esto quod ille homo portet unam granam milij per se una cum hoc innet ad portandum unum magnum pondus apponendo totum nixum. Et quod puer portet satis leuiter fabam. Isto posito patet conclusio quod ille homo non fert aliquod graue pondus per illam responsionem. Ideo ad argumentum aliter respondeo: quod ferre vel portare dupliciter dicitur: aut de se aut de per accidens: ferre per se est ferre sine inuamento preter medium aerium aqueum vel terrenum. Et isto modo equus fert hominem. Et sic loquendo de ferre vel portare concedo quod est dare minimum quod sortes non sufficit ferre. Et sic sumitur ferre ubique in isto tractatu. Sed ferre per accidens est ferre cum inuamento. Et isto modo concedo quod sortes quodlibet pondus vel tantum sufficit ferre: imo una musca sufficit tantum portare sicut fortissimus equus: quia musca potest iuuare ad portandum et quantumcumque modicum iuuat salis est pro conclusione.

Sed forte contra istam conclusionem reducuntur multe conclusiones: scilicet quod sortes fert aliquid quod ipse non sufficit ferre: et quod sortes sufficit ferre quicquid omnes homines viuentes sufficiunt ferre: et quod ipse sufficit portare tantum quantum unus homo in centuplo fortior eo: imo ipse sufficit trahere unam nauem quam vix centum homines sufficiunt monere.

Ad istas conclusiones respondeatur loquendo de ferre et trahere de per accidens concedo omnes prout primam: quia quicquid sortes fert illud sufficit ferre sine sit de per se siue de per accidens. Sed bene concedo quod sortes fert aliquid quod ipse de per se non sufficit ferre: et hoc est verum.

Contra secundam regulam secundam articuli arguitur in qua ponitur quod verificato illo respectu cuius fit divisio pro maiori in affirmatiua quam in negatiua sequitur disiunctiua per affirmationem minimi et negationem maximi. Contra hoc arguitur sic. Aliquod visibile sufficit sortes videre et aliquid non nec tantum. Et tamen non est dare maximum non per se visibile a sorte: nec minimum quod sic: quod non datur minimum quod sic probatum est in prima regula secundam articuli et quod non datur maximum quod non probatur quia si sic. sit illud .a. tunc arguitur sic .a. est maximum non per se visibile a sorte: igitur quodlibet maius .a. est per se visibile a sorte: consequens falsum cum multa sint non colorata vel opaca sicut terra in spera sua que non possunt videri. Secundo sic .a. est visibile quia .a. potest videri quia potest auereri. Tertio sic et signo unum insensibiliter maius .a. tunc illud insensibiliter maius .a. non causabit intentionem sensibiliter fortiozem quam causabit .a. ergo quia ratione illud insensibiliter maius .a. videbitur et .a. videbitur. Quarto sic intendatur .a. insensibiliter non tamen ad gradum illius iuxta positi: tunc .a. et illud iuxta positum apparebunt eque visibilia: ergo sub eodem gradu apparebunt: ergo per tantam latitudinem potest .a. remitti manens continue per se visibile sicut idem iuxta positum: sed illud iuxta positum potest remitti ad gradum maximi non per se visibile a sorte: manens visibile ergo .a. potest remitti ad gradum ulteriozem manendo per se visibile. et si sic .a. non est maximum etc. patet consequentia per hoc: quia .a. minus distat a gradu maximi non per se visibile quam illud iuxta positum. Quinto arguitur sic illud insensibiliter maius .a. est visibile a sorte: igitur eius medietas est visibile a sorte in illa distantia: sed .a. est maius quacumque tali medietate: igitur per idem .a. est visibile a sorte: consequentia prima patet: quia eo ipso quod aliquid apparet illud apparet esse diuisibile in duas medietates cum nihil possit apparere indiuisibile.

Ad ista argumenta respondetur concedendo quod est dare maximum non per se visibile a sorte. Et tunc ad primum argumentum nego consequentiam: quia illa propositio .a. est maximum non per se a sorte visibile non exponitur sic .a. non est per se visibile a sorte: sed quolibet maius .a. est visibile a sorte: sed sic .a. non est per se visibile a sorte: sed quolibet maiori dato datur minus maius .a. quod est per se visibile a sorte. Ad secundum potest tripliciter responderi. primo quod argumentum verbaliter concludit: et non ad bonum intellectum: hec enim propositio in proposito .a. est maximum non per se visibile a sorte significat quod .a. est maximum non per se visibile a sorte cum istis circumstantiis iam habitis. Et sic etiam significant sue exponentes: hec enim .a. non est per se visibile a sorte significat quod .a. non est per se visibile a sorte cum istis circumstantiis: et affirmatiua significat quod quolibet maiori dato datur minus maius .a. cum melioribus circumstantiis quod est per se visibile a sorte. Alter respondetur negando illam consequentiam .a. potest videri per se a sorte: igitur .a. est visibile per se a sorte: quia in proposito visibile sumitur pro eo quod est sufficiens ut videatur: et sic non sumitur pro posse videri: unde sicut non sequitur: hoc potest per se videri: igitur hoc est sufficiens: ut per se videatur. Ita nec sequitur hoc potest per se videri: igitur hoc est per se visibile: imo etiam non sequitur hoc non potest per se videri: ergo hoc non est visibile: sicut non sequitur: iste homo non potest ridere: ergo iste homo non est risibilis: posito enim quod homo esset ualde prope mortem tunc ipse non posset ridere: et tamen esset risibilis: quod homo. Tertio potest responderi in casu isto concedendo consequentiam et negando antecedens videlicet quod .a. potest per se videri a sorte. Et tunc ad argumentum .a. potest auereri: ergo et videri: negatur consequentia: et dicitur quod .a. est unum tale quod si aueretur tantum deperderet de colore uel de alia dispositione pertinente ad usum quod continue remaneret eque i visibile sicut iam. Ideo sic re-

spondendo concedo q. a. est maximum q. non potest p se uideri a forte: & tamen min⁹ illo potest per se uideri ab eodem: quia multa sunt minora que possunt angere ad tantam q̄tatem uel maiorem non deperdendo aliquid de suis dispositionibus pertinentibus ad uisum. imo potius meliorando. Et in istum modum loquēdi dicitur q. est dare minimum lapidem quem fortes non sufficit ferre: & tamen maiorem illo ipse sufficit ferre non tamen cum eisdem circūstantijs: sed forte quia maior lapis est leuio: uel minus grauis quare &c. Ad tertium admissio casu nego consequentiam: quia ex negatiua non sequitur affirmatiua: concedo enim q. illud iuxta positum non causabit intentionem sensibiliter fortio: em q̄ causabit. a. quia suum oppositum est falsum: uidelicet. illud iuxta positum causabit intentionem sensibiliter fortio: em q̄ causabit. a. quod est falsum quia implicat q. a. causabit intentionem sensibiliter fortio: em quod est falsum: ueruntamen dicitur q. illud iuxta positum causabit intentionem sensibiliter fortio: quia licet excessus illius ad .a. sit insensibilis: tamen ille excessus additus toti residuo est satis sensibilis: & sic causat intentionem satis sensibilem ubi .a. non causat aliquā. Ad quartum dicitur q. in illo casu non est uerum q. sub eodem v⁹ eisdem gradibus appareant illa duo sed sub diuersis q̄uis appareat q. sub eisdem appareant illa duo. vnus enī gradus ē intensio: alio q̄uis insensibiliter. Ad huc dato q. a. & b. in isto casu appareant eque insensibilia uel sub eodem gradu non sequitur q. a. posset remitti per tantā latitudinem ultra istum gradum sub quo .a. apparet continue manendo uisibile per se sicut poterit. b. remitti continue manendo per se uisibile. Ad ultimum nego consequentiam secundam: quia medietas illius iuxta positi: imo quelibet eius pars est uisibilis per accidens ad uisionem totius sed .a. non est uisibile per se nec per accidens. Si enim quelibet pars uel aliqua medietas illius iuxta positi per se uideretur bene sequeretur q. a. similiter per se uideretur. Sed forte in casu isto nulla pars illius iuxta positi p se uideretur. Et ut hoc melius intelligatur est notandum q. duplex est uideri per se & per accidens: uideri aliquod per se est uideri idem per intentionem propriam & distinctam: uideri per accidens est uideri per intentionem alienam: sicut uideri hominem per intentionem hominis uideo per accidens singulas eius partes mihi obiectas. Et isto modo concedo q. nihil est ita modicum quin in minus illo possim uideri: imo uideri digitum meum uideo ita modicum sicut est aliqua pars mei: ut p̄ eius exponentes: quia uideo modicum & aliqua pars mei est modica: & non minor est aliqua pars mea q̄ illud quod ego uideo igitur &c. Similiter concedo q. ego uideo ita modicum sicut possum uideri: Quia modicum uideo & modicum possum uideri: & non minus possum uideri q̄ est illud q. ego uideo: quia infinitum modicum ego uideo: igitur &c. Conceditur tamen q. nihil est nec potest ē ita modicum sicut possum uideri.

Contra istam responsionem arguitur sic. Ex illa sequitur q. ad ita magnam distantiam potest uideri unum granum frumenti sicut unum maximum montem: supposito q. cumulus frumenti sit tantus sicut magnus mons & q. ipsum uideres: imo posito q. a. sit unum uisibile quadratum quod elongabitur a visu tuo quousq. apparebit circulare sicut pluries est expertum: sequitur q. tandiu uidebis nullā eius partem & quelibet eius angulum sicut ipsum totum consequens est falsum: probatur: nam si continue uidebis illos angulos sicut totum: ergo illi anguli continue apparebunt sicut totum. a. Sed quando cūq. illi anguli apparebunt. a. apparebit quadratum & continue illi anguli apparebunt: igitur continue .a. apparebit quadratum quod ē contra casum & experientiam. Secundo arguitur sic: Isti anguli continue apparebunt: ergo continue apparebunt apparere: & si sic: igitur continue distincte iudicabis de illis: & per consequens .a. nunq. apparebit circulare. Tertio sic: nulla pars potest uideri ad maiorem distā-

tiā q̄ ipsa potest multiplicare intentionem suam sed nō quelibet pars illius anguli potest multiplicare intentionem suam ad tantam distantiam sicut iste angulus: ergo non continue quelibet pars istius anguli multiplicabit intentionem suam. Et per consequens non continue uidebitur q. libet pars illius anguli obiecta. Quarto ponatur .a. iuxta unum illorum angulorum quod non uideatur in tanta distantia: tunc sic: non quelibet pars illius anguli est ita potens ad multiplicandum intentionem suam sicut .a. igitur si .a. non sufficit uideri a multo fortiori: nec quelibet pars illius anguli. Quinto sequitur q. uisus tuus sit infinite uirtutis: quia uisus tuus potest infinitum modicum percipere ad quācūq. distantiam.

Ad ista argumenta respondetur. Ad primum concedo illas conclusiones loquendo de uideri per accidens. Et tunc ad i. probationem: scilicet conclusionis nego illud antecedens. uidelicet q. quando cūq. illi anguli apparebunt .a. apparebit quadratum. unde pro toto argumento concedo q. continue uidebo illud quadratum & continue uidebo illos quatuor angulos & continue illi anguli apparebunt mihi anguli. Similiter illud quadratum continue apparebit sed non continue apparebit quadratum: quia illud aliquādo apparebit circulare. Et sic illud quadratum apparebit quando non apparebit quadratum. Item conceditur q. aliquando disparebit quadratum: s. quadratum non disparebit. Et q. aliquando disparebunt illi anguli sed illi anguli non disparebunt: imo isti anguli apparebunt quando disparebunt anguli. Ad secundum dicitur q. non sequitur: isti anguli apparebunt: igitur apparebunt apparere: quia isti anguli apparebunt quando illud quadratum non apparebit habere angulos: unde apparere: apparere est in tantū apparere q. ipsum poterit distingui a quocūq. alio iuxta posito. Et hoc est uerū de illis angulis. Sed forte arguitur sic: tu uides illos angulos: igitur tu percipis te uideri illos angulos: & per consequens illi apparent apparere: consequentia p̄ia patet: quia sensus cōmunis indicat de actibus. sensum iuxta illud eodem sensu sentio & sentio me sentire.

Ad istud respondetur negando consequentiam illam. Tu uides illos angulos. ergo tu percipis te uideri illos angulos. Et tunc ad probationem sensus cōmunis iudicat de actibus sensuum: concedo quando obiectum est per se sensibile sed non oportet quando est sensibile de per accidens. Ad tertium conceditur q. quelibet pars illius anguli q̄tuncūq. modica sufficit multiplicare intentionem suam de per accidens. Unde est notandum q. corpus agens intentionem suam requirit medium & distantiam proportionatam ad hoc q. distincte percipiatur. Et ideo aliquando pars corporis uidetur sub intentione propria quando est in distantia propinqua: & aliquando non: sed sub intentione totius quando est nimis magna distantia: uerbi gratia: quando facies hominis est propinqua tunc nasus uidetur per intentionem propriam: oculus similiter per intentionem propriam: os mentam frons & similia. Sed quando facies est indistincta remota tunc tales partes uidentur per intentionem totius faciei confuse. Et sic dico q. cum illi anguli fuerint tantū remoti q. disparebunt anguli tunc uidebuntur isti per intentionem totius quadrati confuse tamen: quia singule partes obiecte coagunt vnā intentionem que confuse representat omnes illas. Aliter potest dici q. omne corpus quod agit intentionem siue sit prope siue remote solum agit vnā intentionem que representat se & singulas partes per quā aliqua pars uidetur distincte & aliqua confuse: & sic intentio oculi est intentio nasi: & ad eundem p̄tū est intentio nasi frontis & oculi: & ad omnem punctum potest uideri oculus nasus frons &c. & tamen ubi cūq. uideo oculum non uideo nosum nec ubi uideo nasum uideo frontem &c. Ad quartum dicitur q. a. non agit intentionem suam usq. ad oculum: sed bene quelibet pars illius anguli agit. id est coagit usq. ad oculum: quia

Intentio totius est intentio confusa illius anguli: non tamen propter hoc sequitur quod quilibet pars illius anguli sit eque potens sicut .a. licet adhuc quilibet pars illius anguli agat intentionem propriam usque ad oculum per quam potest videri: quia per illam non videtur distincte: quia illa non monet distincte virtutem visivam: sed bene movet cum alijs: et sic de per accidens. Ad ultimum negatur consequentia: argumentum enim bene valeret loquendo de percipere per se sed loquendo de percipere per accidens non valet consequentia. Et per hoc patet responsio ad unam auctoritatem commentatoris positam in primo de celo commento quinquagesimo sexto ubi ponit commentator: quod virtus visiva non potest pati a quocumque: dicit enim quod potentia passiva terminatur per minimum a quo potest pati: hoc intelligitur: sic quod non a quocumque potest potentia passiva pati distincte et per se indistincte aut et de per accidens non est inconueniens nec oppositum voluit commentator: et sic patet responsio etc.



Am contra quasdam regulas secundum articuli contingit arguere ponitur in prima regula quod si fiat diuisio mediante termino distributo respectu rei mutabilis eligenda est pars negativa.

Contra et pono

Contra et pono quod .a. sit summe calidum: et .b. unum summe frigidum: tunc aliquam frigiditatem sufficit .a. corrumpere in .b. et non maiorem: igitur est dare maximam frigiditatem quam .a. sufficit corrumpere in .b. consequens est contra regulam cum sit pars diuisionis affirmatiua: consequentia patet ab exponentibus ad expositum: et antecedens probatur: quia ponit .a. et .b. in vacuo deductis quibusque alijs inuamentis et impedimentis extrinsecis certum est quod .a. corrumpet medietatem latitudinis frigiditatis in .b. et non maiorem: igitur medietas totius latitudinis est maxima etc. Secundo arguitur sic: et signo aliquam resistantiam vniformiter difformem cuius aliquam partem sufficit fortis diuidere et aliquam non: tunc alicui puncto illius resistantie correspondet resistantia maior potentie fortis et alicui puncto correspondet resistantia minor: igitur alicui puncto illius resistantie correspondet resistantia equalis potentie fortis. Et si sic videtur quod fortis illam partem totam terminatam ad illum punctum sufficit diuidere: et non ultra et per consequens illa resistantia terminata ad illum punctum est maxima quam fortis sufficit diuidere quod est contra regulam ponentem partem negativam sustineri. Tertio diuidat fortis continue quousque cesset omnino propter impotentiam et detur punctus ille ad quem cessabit: et sequitur quod totum circa illum punctum tunc erit diuisum ab eo: et ulterius non sufficit diuidere: igitur illud quod tunc erit diuisum ab eo erit maximum quod ipse sufficit diuidere: quia si plus ipse sufficeret diuidere non staret diuisio plus ibi quam ultra. Consimiliter posset probari quod esset dare maximum spatium quod fortis sufficeret pertransire: ponendo quod fortis incipiat moueri super aliquod spatium cuius potentia continue debilitatur ex pertransitione istius spatij tunc certum est quod tota potentia sua debilitabitur usque ad aliquem gradum: quo finito signo illum punctum illius spatij ubi fortis definit moueri: tunc totum spatium quod fortis pertransiet usque ad illum punctum est maximum: quod fortis sufficiebat pertransire: quod illud sufficiebat et nullum maius cum sua potentia in hoc deperdita sit usque ad non gradum quod amplius moueri non potest nec ulterius valeat pertransire. Quarto sit .a. potentia debilitabilis: vt .6. et sit .b. resistantia difformis cuius vna medietas vniformis sit gradu: vt quatuor: et alia sit vniformis gradu vt octo tunc est dare maximam partem .b. medij quam sufficit .a. pertransire: et tamen ex regula sequitur quod sit dare minimam partem .b. medij: vel resistantie quam .a. non sufficit diuidere vel pertransire. Item quinto aliquis oculus sufficit pati ab .a. obiecto et aliquis non nec ita resistens et tamen non est

dare debilissimum oculum. qui ab obiecto non sufficit pati: quia nullus est debilissimus qui non probatur quia si sic tunc ille non sufficeret: sed aliquis debilior: quod est falsum.

Ad ista argumenta

Ad ista argumenta respondetur. Ad primum concedo quod est dare maximam latitudinem frigiditatis in .b. quam sufficit .a. corrumpere: nec est hoc contra predictam regulam: imo formaliter sequitur ex quarta eiusdem articuli: quia si diuisio est respectu rei non mutabilis: quia non eo ipso quod aliquam frigiditatem in .b. sufficit .a. corrumpere maiorem illa sufficit .a. corrumpere quod tamen oportet si debet esse diuisio quantum ad propositum pertinet respectu rei mutabilis certum est enim: quod sicut .a. et .b. in principio sunt equalia sic continue erunt equalia et nullum illorum erit intensius alio seu remissius vt patet intuitu. Ad secundum dicitur admittendo casum: et concedo quod illa resistantia que est a non gradu usque ad gradum correspondentem potentie fortis quod est minima pars ipsius .a. quam non sufficit diuidere. Et ulterius concedo quod alicui puncto illius resistantie correspondet potentia equalis potentie fortis: et quod ille punctus est propinquissimus in ipso medio sic resistente ad quem fortis non sufficit diuidere: quia ad illum fortis non sufficit diuidere nec in aliquem ita remotum in eodem medio sed ad omnem propinquorem illius medij. Et ulterius dicitur quod fortis non sufficit diuidere usque ad illum punctum sine ly usque teneatur exclusive vel inclusive. Potest tamen concedi quod usque ad illum punctum fortis sufficit diuidere tenendo ly usque exclusive: quia tunc propositio habet probari ratione ly usque et non ratione illius verbi sufficit. Ad tertium respondetur admittendo casum et dico quod licet illa pars in cuius extremo cessabit diuidere sit maxima pars quam fortis diuidet: non tamen est maxima pars quam fortis sufficit diuidere: et causa est quod non tam modicum debilitabitur fortis: quin minus poterit debilitari. Eodem modo est dicendum ad aliud de pertransitione. Ad quartum respondeo admittendo casum in quo concedo quod est dare maximam partem .b. medij quam fortis sufficit pertransire vel diuidere: sed hoc non procedit contra regulam: quia si sit diuisio respectu rei mutabilis: vt patet: quia in casu isto non eo ipso quod aliquam partem .b. medij sufficit fortis diuidere maiorem illa sufficit ipse diuidere quod tamen oportet si debet esse diuisio respectu rei mutabilis. Ad ultimum argumentum dicitur vocando oculum debiliorum qui est minus resistens quod est dare debilissimum oculum qui ab .a. obiecto non sufficit pati: quia ille non potest nec aliquis ita resistens: sed quilibet debilior: id est minus resistens. Si tamen sumitur oculus debilior: pro magis resistente. Et oculus fortior: pro minus resistente dicitur quod est dare fortissimum oculum qui ab .a. obiecto non sufficit pati: et sic sumendo oculum proprie sumitur: dicimus enim quod oculus melius dispositus et fortior: ad videndum minus resistit et citius patitur a sensibili: vt patet per experientiam ideo in tali diuisione datur fortissimus oculus qui non potest etc.

Amplius arguitur

Amplius arguitur contra istam regulam. Istam est dare maximum pondus quod fortis sufficit portare: ergo regula falsa: consequentia tenet et antecedens probatur: quia si est dare minimum quod non sit illud .a. tunc sic: vel grauitas .a. est maior potentia fortis vel minor: vel equalis: non maior: quia tunc non quodlibet minus illo vel tantum fortis posset portare: quia infinita sunt grana intermedia: quorum quodlibet est minus .a. et maius potentia fortis: et nullum illorum sufficit portare: ergo illud non est minimum quod fortis non sufficit portare: nec etiam potentia .a. est minor potentia fortis: quia bene posset portare .a. oportet ergo quod sit equalis. Sed contra: potentia portatiua fortis est tanta sicut potentia descendens ipsius .a. ergo qua ratione .a. sufficit descendere et fortis sufficit illud portare et impedire ne descendat. Secundo aliqua est potentia qua fortis est potentior ad impediendum ne descendat ipsam supportando quam sit ipsa ad descendendum: et ali

qua est potentia que magis sufficit descendere quā fortis sufficit ad impediendum ne ipsa descendat: igitur aliqua ē potentia que equaliter sufficit precise descendere sicut fortis sufficit ipsam impedire: et per consequens talis est maxima potentia quā fortis sufficit portare vel impedire. **T**ertio fortis sufficit portare tantum quantum ipse sufficit portare: ergo est dare maximum graue quod fortis sufficit portare: consequentia patet: quia si non stet oppositum consequentis cum antecedente: videlicet quod non est dare maximum graue quod fortis sufficit portare: et tamen fortis sufficit portare tantum quantum ipse sufficit portare: ponitur igitur hoc et fit totum quod ipse portat. b. tunc aut sufficit portare grauius. b. vel non: si non et ipse portat. b. igitur. b. est maximum quod ipse sufficit portare. Si sufficit per se portare maius. b. et non portat maius. b. ergo non portat tantum quantum sufficit ipse portare cuius oppositum est positum: antecedens principale probatur: quia si fortis non sufficit portare tantum quantum ipse sufficit portare: igitur per idem ipse non est ita sufficiens sicut est sufficiens: nec ita fortis sicut ipse: met est fortis quod est falsum. **Q**uarto potentia fortis non est minor potentia. a. licet continue post hoc erit ipsa minor: ergo pari ratione ipsa non est sufficiens ad portandum. a. licet immediate post instans quod est presens erit ipsa insufficientis ad idem. a. portandum. **Q**uinto pono quod fortis ante instans presens fuit maioris potentie ipso. a. et quod continue ante instans presens argumentabatur. a. velotius fortis et similiter immediate post hoc: et quod iam sint equalis potentie: tunc sic fortis est fortior quam ipse unquam fuit: ergo fortis sufficit portare maius quam ipse unquam ante: et fortis continue ante instans presens sufficiebat portare. a. et in nulla proportione. a. est maius quam fuit: ergo fortis sufficit portare. a. per se per se a se: quia bene sequitur. fortis est fortior quam aliquis istorum: ergo sufficit portare maius quam aliquis istorum: ergo per idem si fortis est fortior: quam ipse prius fuit ipse sufficit plus portare quam unquam ante sufficiebat. **U**ltimo arguitur sic: et ponatur. a. super eorum. fortis. tunc. a. incipit descendere: ergo. a. descendet in finita tarditate: probatur consequentiam: quia nihil potest tardius descendere. quam. a. descendet: et. a. descendet et in finita tarditate potest aliquid descendere: igitur. a. descendet: in finita tarditate. Et quod nihil poterit tardius descendere quam. a. descendet. probatur non minus. a. quia illud velocius descendet: nec minus. a. quia illud non descendet nec etiam equaliter: ut patet.

Ad ista argumenta respondetur concedendo quod est dare minimum pondus vel graue quod fortis non sufficit portare. Et quod est dare maximam potentiam que non sufficit portare. a. graue per tempus: que quidem potentia est debilitabilis: quia respectu potentie indebitabilis datur maximum graue quod talis potentia sufficit portare: unde si fortis esset potentie debilitabilis daretur maximum quod ipse sufficeret portare per se et per tempus: ideo supposito quod. b. esset potentia indebitabilis equalis. a. tunc. b. sufficeret portare. a. et fortis non: et tamen ille due potentie essent equales. Et iuxta hoc conceditur quod. b. potentia est in duplo minor. a. et tamen. b. sufficit ferre difficultatem maiorem extensue hoc est diuturniorem et durantiem per maius tempus quam. a. et tamen non intensue: quia difficultas intensua semper attenditur penes potentiam naturaliter agentem in ultimum sui. Ita quod maior potentia agens super vltimum sui sufficit intensue agere maiorem difficultatem quam minor. **S**imiliter si sint due potentie equales sine sint debilitabiles sine non semper sufficiunt producere equalis difficultates intensue non tamen extensue: quia potentia indebitabilis per maius tempus habet facere suam difficultatem quam potentia debilitabilis: difficilius enim portare. a. per unam horam quam per medietatem hore: hoc intelligitur extensue sed intensue non: quia quecumque potentia sufficit portare. a. per medietatem hore sufficit portare. a. per horam si non debilitaretur. Ideo intensue tamen difficile est portare. a. per medietatem hore sicut per totam horam non tamen extensue. **A**d primum dicitur con-

cedendo quod potentia fortis est tanta sicut potentia motiva ipsa. a. Et ad argumentum in nego consequentiam. Et causa est quia licet potentia fortis nunc sit tanta ipsa tamen nunquam post hoc erit tanta: eo quod naturaliter debilitatur qualiter si faciet potentia motiva ipsius. a. in descendendo. Et si arguitur sic: aliqua potentia sufficit portare. a. et nulla maior requiritur quam potentia fortis: ergo potentia fortis sufficit: negatur consequentia: quia licet nulla maior requiritur: requirit tamen aliqua maior. Et quod nulla maior requiritur patet: quia si sic signetur illa: tunc inter illam et sortem sunt infinite potentie quarum quelibet sufficit portare. a. ergo illa non requiritur. **A**d secundum conceditur quod potentia fortis non est ita potens ad impediendum. a. ne descendat sicut. a. ad descendendum. Et tunc ad argumentum in nego antecedens pro secunda parte: eo quod implicat contradictionem implicat enim quod aliqua potentia sufficit deprimere fortis. et quod fortis sufficit per se portare ipsam quod si est possibile. **A**d tertium nego quod fortis sufficit tantum portare quantum ipse sufficit portare. Et ad probationem in nego consequentiam: cum toto illo antecedente stat quod fortis est ita fortis sicut est fortis et ita sufficiens sicut est sufficiens. Et ulterius non solum conceditur quod fortis non sufficit portare tantum quantum ipse sufficit portare: imo nec sufficit portare maius quam ipse sufficit portare nec minus. Et si arguitur sic: fortis sufficit portare aliquantum: et ipse non sufficit portare tantum quantum ipse sufficit portare: igitur fortis sufficit portare maius quam ipse sufficit portare: negatur consequentia. nec arguitur ab exponentibus ad expositum: eo quod negatiua exponens deberet esse ista. Fortis non tantum sufficit portare quantum ipse sufficit portare que est falsa: quia suum contradictorium est verum: videlicet fortis sufficit portare tantum quantum ipse sufficit portare: ut patet ex suis exponentibus. Exponitur enim sic: fortis sufficit portare aliquantum et ipse non maius sufficit portare quam sufficit portare: modo patet quod quolibet istarum est vera. **A**d quartum concedo quod potentia fortis non est minor potentia. a. quod immediate post instans quod est presens erit minor. a. nec potentia fortis est insufficientis ad portandum. a. quia immediate post instans presens erit insufficientis: negatur tamen quod potentia fortis est minus sufficiens propter hoc quod ipsa in portando continue naturaliter debilitatur: quia potentia fortis non est sufficiens: nec sequitur huius potentia continue erit insufficientis ad huius operationem et ipsa est. igitur ipsa est insufficientis ad eandem operationem: nec illa est causa propter quam fortis erit insufficientis: quia continue post hoc erit ipse insufficientis: sed hoc est causa quia potentia fortis est ita debilis quod non sufficit per se sufferre tantam passionem ab. a. per tempus portado sicut. a. naturaliter est actiua: cum istis circumstantiis. **A**d quintum admitto casum. Et ad argumentum quando arguitur: fortior est fortis quam unquam fuit. Ideo sufficit portare maius quam prius sufficiebat negatur consequentia. Et similiter negatur illa consequentia. Fortis est magis sufficiens ad per se portandum quam ipse prius fuit ergo fortis est sufficiens ad per se portandum maius quam prius fuit. Et causa est: quia quauis fortis est fortior quam ipse prius fuit non tamen in aliqua proportione fortior. Et ulterius ad argumentum illa consequentia est bona. fortis est fortior quam aliquis istorum: ergo sufficit plus portare ergo per idem et alia: negatur consequentia: nec est similitudo: quia ista est in terminis simplicibus. alia vero in terminis compositis. **S**imiliter sequitur: fortis est fortior quam aliquis istorum: igitur in aliqua proportione sed non sequitur: fortis est fortior quam prius fuit: igitur in aliqua proportione. Et ex alio etiam: quia est dare maximum gradum fortitudinis tam fortis quam cuiuslibet istorum: non tamen est dare maximum quod fortis sufficit portare. Iuxta hoc conceditur: quod sicut fortis non sufficit portare tantum quantum ipse sufficit portare. Ita non sufficit portare tantum quantum ipse sufficiebat portare: quia si sic ponatur ergo quod portet tantum quantum ipse sufficiebat portare: et sit illud. b. tunc. b. est maius. a. vel minus vel equale. Si maius vel equale ergo si non sufficit portare. a. si minus: igitur in aliqua proportione debili: et per prius

De obiectionibus et solutionibus argumentorum

maius illo portavit: et si sic illud. b. non est tantum quantum ipse fortis. sufficiebat portare et cetera. Unde sicut non est dare maximum quod fortis. sufficit portare. Ita non est dare nec fuit dare maximum quod ipse prius sufficiebat portare.

Sed contra istam rationem arguitur sic: fortis. sufficit portare aliquantum et immediate ante instans presens non sufficiebat portare tantum quantum ipse sufficit portare: igitur fortis. sufficit portare maius quam vnicuique sufficiebat: et per consequens sufficit tantum portare et cetera. Quia per ab exponentibus ad expositum. Et immediate post hoc sufficit plus portare quam nunc sufficit: supposito quod continue fortificabitur ergo iam sufficit plus portare quam immediate ante hoc sufficiebat: quod consimiliter sicut inmediate post hoc erit fortis. fortior: quam iam est ita iam est fortior: quam immediate ante hoc fuit. In alijs terminis bene videtur consimilis modus arguendi supposito quod. a. continue recedat. a. b. puncto: tunc immediate post hoc plus distabit quam iam distat ita iam. plus distat quam immediate ante hoc distabat et cetera. Et item arguitur sic: fortis. prius sufficiebat portare. a. et nullum maius. a. prius sufficiebat portare: ergo. a. fuit maximum quod ipse sufficiebat portare.

Ad ista respondetur Ad primum negando primum tertiam partem antecedentis videlicet quod immediate ante hoc fortis. non sufficiebat portare tantum quantum ipse sufficit portare ymo immediate ante hoc ipse sufficiebat portare tantum quantum ipse sufficit portare: non tamen in aliquo instanti sed in quolibet tempore terminato ad hoc instans presens. Et si ponatur quod ipse portaverit tantum quantum ipse sufficit portare admittatur casus. Et tunc si queritur utrum illud sit maius. a. minus vel equale non datur illud quod ipse immediate ante hoc portavit cum tanta vel tanta gravitate. Alio modo potest negari prima: nec arguitur ab exponentibus ad expositum eo quod scilicet exponens deberet esse ista. Non immediate ante hoc fortis. tantum sufficiebat portare quantum ipse sufficit portare: ymo ante hoc tantum sufficiebat portare quantum sufficit portare: quod ante hoc sufficiebat portare aliquantum et iam sufficit portare aliquantum et non maius sufficit portare quam prius sufficiebat ut manifeste patet. Ad secundum nego quod fortis sufficit plus portare quam prius sufficiebat: et concedo quod immediate post hoc sufficit plus portare quam modo sufficit: et ex hoc non sequitur quod iam sufficit plus portare quam prius sufficiebat: Et ad similitudinem de distantia dico quod non est similitudo: quod respectu potentie non est dare maximum: sed respectu distantie semper est dare maximum: sicut si. a. distat a. b. tunc est dare inter illa maximam distantiam: sed sic non est de potentia portativa fortis. quod non est dare maximum quod fortis. sufficit portare sed minimum quod non est. Ad tertium nego ans pro scilicet parte: videlicet quod nullum maius. a. sufficiebat prius fortis. portare: quod continue quando ille portavit. a. vel sufficit portare. a. tunc sufficit portare ipse maius. a. quod tunc non fuit maximum quod pro eodem instanti sufficiebat portare: sed bene conceditur quod fortis. nunquam sufficiebat portare maius quam fuit. a. Et si arguitur sic: fortis. sufficiebat portare. a. et non sufficiebat portare maius quam fuit. a. igitur. a. fuit maximum pondus quod ipse sufficiebat portare: negatur prima: nec sequitur fortis. sufficiebat portare maius. a. et fortis. est ita fortis sicut fuit et fortior: igitur adhuc sufficit portare maius. a. Etiam non sequitur fortis. sufficit portare maius. a. et ipse non sufficit portare maius quam fuit. a. ergo ipse sufficit portare maius quam est. a. sicut non sequitur: pater tuus fuit maior te et non fuit maior quam tu fuisti supposito quod iam sis et fueris: maior ergo pater tuus fuit maior quam tu es. Ad quintum et ultimum principale concedo in illo casu quod. a. continue descendet intendendo motum suum: a. non gradu: sed nego quod. a. descendat infinita tarditate. Et tunc ad argumentum nego consequentiam: sed non plus sequitur nisi quod infinita tarditate. a. descendat: sicut in multis exemplis per in infinitum tarde movebitur aliquis punctus in celo et tamen nullus punctus in celo movebitur in infinitum tarde. Et in corpore quod rarefit ymo

eius extremo quiescente infinitum tarde movebitur aliquis punctus illius et tamen nullus punctus illius movebitur in infinitum tarde. Ita in proposito infinitum tarde descendet. a. sed. a. non descendet in infinitum tarde: nec infinita tarditate. Item nego quod. a. descendet in aliquo instanti ita tarde sicut descendet in aliquo instanti: quod quocumque instanti dato in quo tarde descendet per prius descendet tarde. Sed bene concedo quod. a. ita tarde descendet in aliquo instanti sicut descendet in aliquo instanti: quod in aliquo instanti tarde descendet et non tardius descendet in aliquo instanti quam descendet in aliquo instanti. Similiter concedo quod. a. ita tarde descendet sicut descendet in aliquo instanti: et et movebitur ita tarde sicut movebitur in aliquo instanti: non tamen requiritur quod. a. in aliquo instanti sic facit: quod neutra illarum propositionum pro sui verificatione requirit in instanti: eo quod cuiuslibet earum verbum principale est verbum adiectivum de terminis propositis sed negatur quod. a. tardius descendet quam descendet in aliquo instanti: quod una eius exponens est falsa videlicet non ita tarde. a. descendet sicut descendet in aliquo instanti.

Contra istam responsionem arguitur sic. A. in nulla proportionem nec per tempus nec per instans descendet ita tarde sicut descendet in aliquo instanti: igitur. a. non descendet ita tarde et cetera. Secundo si. a. descendit ita tarde sicut descendet in aliquo instanti et iam non sic descendit ergo incipit vel incipiet: consequens falsum: quod quocumque instanti ante illud tardius descendet. Tertio si. a. descendit ita tarde sicut descendet in aliquo instanti et infinita tarditate. a. descendit: igitur. a. descendet infinita tarditate in aliquo instanti.

Ad ista respondetur Ad primum nego consequentiam: sicut sequitur in nulla proportionem nec per tempus nec per instans erunt duo instantia: igitur nunquam erunt duo instantia. Ad secundum nego primam: quod ibi non fit comparatio respectu alicuius certi actus: dato enim quod. a. remittet motum suum versus ad non gradum adequate in ista hora tunc est ans verum et prima falsum: sicut clare per: verum tamen ista prima non valeat: concedo tamen prima videlicet quod. a. incipit ita tarde moveri vel descendere sicut movebitur vel descendet in aliquo instanti: quod immediate post hoc descendet ita tarde sicut descendet in aliquo instanti: unde quod. a. incipit motum suum. a. non gradu incipiendo: tunc concedendum est quod incipit vel incipiet ita tarde moveri sicut movebitur in aliquo instanti: sed tamen non desinit nec desinet moveri ita tarde sicut movebitur in aliquo instanti: et quod. a. remittit motum suum versus ad non gradum tunc desinit vel desinet ita tarde moveri sicut movebitur in aliquo instanti sed non incipit nec incipiet sic moveri. Ad tertium dico quod non sequitur quod. a. descendet infinita tarditate in aliquo instanti: sicut posito quod aliqua linea rarefieret giratue in infinitum tunc non sequit illa linea ita magna erit sicut erit aliqua eius per sed infinita magna erit aliqua eius per: ergo illa linea erit infinita magna.

Amplius contra istam regulam arguitur sic: per aliquam distantiam potest. a. apparere pedalis quantitas et per aliquam non: et tamen non est dare minimam distantiam per quam. a. non potest apparere pedalis quantitas: igitur regula falsa docens partem negativam sustineris prima per et ans sicut pro prima parte. Sed regulam probat: quod si non: datur ergo minima distantia per quam. a. non potest apparere pedalis quantitas que sit. b. tunc arguitur sic. b. est minima distantia per quam. a. non potest apparere pedalis quantitas ergo per. b. distantiam. a. non potest apparere pedalis quantitas: sed per quacumque distantiam minus: et m. b. vel tantam: consequens est falsum eo quod aliqua est ita modica distantia quod per illam. a. non potest videri: quia visibile potest esse ita prope oculo quod non posset videri secundum illud philosophi sensibile positum supra sensum non sentitur. Secundo ponatur. a. in fine. b. distantie et iuxta ipsam. d. insensibiliter maius tunc sequitur quod. d. apparet pedalis quantitas: et. a. apparet sensibilibus minus. b. Sed contra quantumcumque. a. appropinquaret citra finem. b.

distante apparet pedalis quantitas: sed iam non apparet sensibilibiter minus quam in quocumque puncto citra. b. igitur et i. b. apparet pedalis quantitas. **Tertio** quibus. a. remoueret ultra finem. b. distantie non apparet sensibilibiter minus quam apparet in fine: ergo per idem si appropinquaret non apparet sensibilibiter minus sed si appropinquaret apparet pedalis quantitas: igitur et in fine. **Quarto**. a. in fine. b. distantie non apparet in aliqua proportione plus distare quam in aliquo puncto sed in quolibet puncto citra apparet pedalis quantitas igitur et in fine.

Ad ista argumenta respondetur. **Ad** primum nego consequentiam: in qua inferitur quod per quacumque distantiam minorem distantiam. b. potest. a. apparere pedalis quantitas: sed bene sequitur quod quacumque minor: data datur maior: minor. b. per quam. a. potest apparere pedalis. Et hoc est verum: hec. n. est secunda exponens et non alia. **Potest** tamen aliter responderi sophisticè negando quod aliqua est ita modica distantia quod per illam nec sibi equalè. a. potest appere: ymo omne quod apparet per infinitum modicam distantiam appet: quia solum apparet per totam distantiam que est inter nos et ipsam et per quolibet partem illius distantie. **Ad** secundum dicitur quod. a. et. d. in fine illius distantie apparent in equalia: quod. a. apparet sensibilibiter minoris quantitas quam pedalis. Et quando arguitur quod non: quod quantitas modicam. a. appropinquaret apparet pedalis quantitas: hoc negatur. Similiter negatur quod in quolibet puncto citra apparet pedalis quantitas: quod hoc est impossibile: sed concedo quod in quolibet instanti citra. b. potest apparere pedalis quantitas: non tamen est possibile quod in quolibet instanti citra. b. a. appareat pedalis quantitas: quod non est possibile in aliquo instanti citra apparet cum ita bonis circumstantiis sicut potest apparere: verbi gratia quilibet habet unam certam periodum ultra quam non potest vivere nec per illam potest durare: nec pro quolibet instanti illius sed bene pro quolibet instanti intrinseco potest durare: non tamen est possibile quod pro quolibet instanti intrinseco duret: quod non est possibile quod habeat ita bonam conseruationem vite sue sicut potest habere et sic est in proposito: quod. h. a. appropinquaret versus oculum non per hoc apparet pedalis quantitas: sed forte valde sensibilibiter appropinquaret antequam apparet pedalis quantitas: et hoc secundum circumstantias debilitates vel fortiores appositas. Et secundum istum modum respondendum soluntur omnia alia argumenta facta etc. **Ad** ista argumenta potest aliter responderi tenendo ly potest non ita loyce sed pro quadam sufficientia naturali: primum est solutum. **Ad** secundum admitto casum: et concedo quod in fine. b. distantie. d. apparet pedalis quantitas: et a minoris. Et tunc ad argumentum quantumcumque. a. appropinquaret versus oculum citra. b. finem distantie apparet pedalis quantitas: concedo sed iam non apparet sensibilibiter minus quam in quocumque puncto citra. b. ergo in. b. a. apparet pedalis quantitas concedo consequentiam: et nego minorem: vix quod iam non apparet. a. sensibilibiter minus quam in quocumque puncto citra. b. quod. h. excessus. b. non ad quocumque punctum sit sensibilis tamen ille excessus additus alicui puncto citra. b. caret diuersitate sensibilè. **Ad** tertium nego primum: quod in tali casu assignatur remotio que sufficit causare diuersitatem et que non sufficit causare diuersitatem remotio enim. b. distantie ab oculo caret diuersitatem et quecumque maior: quod. a. non appareat pedalis quantitas: sed non quocumque remotio minor sufficit causare diuersitatem quod. a. non apparet pedalis quantitas: nec per quacumque remotionem maiorem requiritur quod. a. appareat minoris quantitas quam in fine. b. distantie: datur enim minima remotio per quam. a. non potest apparere pedalis quantitas sed non datur maxima remotio per quam. a. potest apparere tante vel tante quantitas. **Ad** tertium nego quod. a. in fine. b. distantie non apparet plus distare quam in aliquo puncto citra: quod in quolibet puncto citra apparet. a. pedalis quantitas sed non in fine. b. distantie. Et tunc ad argumentum In nulla proportione apparet. a. in fine. b. distantie plus distare quam in aliquo puncto citra: sed in quolibet puncto citra apparet pedalis quantitas igitur etc. negatur primum: quod. h. in nulla proportione apparet. a.

plus distare etc. tamen apparet plus distare in aliqua proportione sicut licet in nulla proportione sum maior quam prius sui vel ero: sum tamen maior quam prius sui vel ero in aliqua proportione et sic per solutio istorum argumentorum.

Contra secundam regulam scilicet articuli primo arguere amplius: quod omnia argumenta facta per primam regulam possunt reduci contra secundam regulam que ponit quod si diuisio fiat respectu termini numerat distributi solam per suppositis finitis et per negatiua eligenda et affirmatiua neganda.

Contra tertiam regulam secundum articulum que ponit quod distributo termino respectu cuius fit diuisio per infinitis suppositis est sustinenda per affirmatiua diuisionis. **Contra** hoc arguitur sic: Aliquod pondus quolibet fortius forte sufficit portare et aliquod non et tamen non est dare maximum pondus quod quolibet fortius forte sufficit portare: igitur regula falsa: consequentia cum maiori per et minor probatur: quod si aliquod est maximum pondus quod quolibet fortius forte sufficit portare: igitur aliquod est maximum pondus quod quolibet fortius forte sufficit portare: primum est falsum et per dicta: et per primum per: quod arguitur a termino stante mobili ad eundem stantem immobili. Similiter si aliquod est maximum pondus quod quodlibet fortius forte sufficit portare et plato est fortior forte ut suppono: igitur aliquid est maximum pondus quod plato sufficit portare consequens est iterum falsum ut prius est probatum et consequentia tenet: quod arguitur a termino stante per se et distributiue ad sum inferius cuius debet medio. **Tertio** arguitur sic: et pono quod. b. sit una resistentia unisformiter difformis cuius quolibet partem sufficit. a. diuidere. Et sit. c. alia resistentia cuius non quolibet partem sufficit. a. diuidere tunc sic. Aliqua est resistentia cuius quolibet partem sufficit. a. diuidere. Et aliqua est resistentia cuius non quilibet partem sufficit. a. diuidere nec tantam: et tamen nulla est maxima resistentia cuius quilibet partem sufficit. a. diuidere: probatur quod si aliqua sit maxima: sit illa. b. Et arguitur sic. b. est maxima resistentia cuius quilibet partem sufficit. a. diuidere ergo. b. est maxima resistentia quam forte. vel. a. sufficit diuidere: consequens falsum ut prius est probatum: et consequentia patet: quod. b. resistentie quilibet partem sufficit. a. diuidere sed. b. est maxima resistentia cuius quilibet partem sufficit. a. diuidere: igitur. b. est maxima resistentia quam sufficit diuidere. **Tertio** arguitur sic: Et signo. a. quantitas que ab aliquo mobili poterit pertransiri adequate in hac hora monstrando continue. b. gradu velocitatis. Isti posito sequitur ex regula quod. a. quantitas est maxima quantitas que poterit pertransiri in hora quolibet gradu intensiori. b. gradu. **Sed** per istam si. a. quantitas poterit pertransiri in hora quolibet gradu intensiori. b. gradu ergo poterit correspondere alicui gradu intensiori. b. gradu in minori tempore quam in hora consequens falsum: quod si poterit: per naturam ergo quod pertransitio. a. quantitas correspondebit alicui intensiori gradu. b. gradu in minori tempore quam in hora: modo hoc non est ponendum quod nullus est gradus intensiori. b. cui illa pertransitio correspondebit in minori tempore quam in hora.

Ad ista argumenta respondetur. **Ad** primum nego primum in quo inferitur quod dare maximum pondus quod quolibet fortius forte sufficit portare. Et tunc ad probationem dico quod non per a termino stante mobili ad eundem terminum stantem immobili est bonum argumentum: et per ostendit quod talis terminus in proportione est scilicet per barium primo ratione primi termini qui est superlatius gradus. Eodem modo dicitur ad aliud negando consequentiam quia ratione secundi termini non contingit propositionem probari. **Ad** secundum respondetur concedendo quod. b. est maxima resistentia cuius quilibet partem sufficit. a. diuidere et tunc ad improbationem nego primum: sicut non sequitur quilibet partem. b. resistentie sufficit. a. diuidere: ergo to

lum. a. resistentiâ sufficit. a. diuidere vel. a. sufficit diuide
re quâlibet partem. b. resistentiâ: q. dato q. a. sufficit di
uidere totam resistentiâ præcise terminatâ ad. f. gradû
resistentiâ exclusiue p. q. quâlibet partem illius. b. resistentiâ
sufficit. a. diuidere q. nulla est pars citra. f. quin illâ suffic
a. diuidere et tñ. a. non sufficit diuidere quâlibet partem
illius resistentiâ: q. si sic tunc sufficeret diuidere ad. f. gra
dum inclusiue: q. in nulla proportione est illa tota resisten
tia maior q. aliqua pars: sed tamē quâlibet eius parte da
ta est tota resistentiâ illa maior: ideo quâlibet sufficit. a. di
uidere et non sufficit quâlibet diuidere: cuius resistentiâ cor
respondens. f. gradui sit equalis potentie. a. **Ad tertiu**
concedo q. a. est maxima q. tatis que poterit pertransiri i
bota quoz gradu intensiori. b. gradu. Et tunc ad impro
bationem concedo q. pertransitio. a. q. tatis correspode
bit alicui gradu intensiori. b. gradu nullo tamē gradu in
tensiori. b. gradu correspondebit illa pertransitio: in pri
ma propositione ly gradui stat. confuse tantum.

De isto termino totus.

T autem priora cum posterioribus claris
intelligatur memorie restat reducere quorū
dam terminorum notitiam q. quâdoq. cathe
gorematicè quandoq. syncathegorematicè:
tenet ut sunt hij totus tota totus sp. et ab eter
no quibus annectitur infinitus infinitum: de quib
us omnibus a primo incipiendo est successiue dicendū.
Sumitur ly totum syncathegorematicè quâdo toti pro
positioni preponitur principale copulaz sue enunciatio
nis determinando et tunc huic orationi cōplexere omne q.
tam. conuertibiliter equipollet ly totus vel tota cum ly
quâlibet pars q. tativa vel integralis conuertitur: verbi
gratia totus sortes est aliquid hominis conuertitur in istaz
quâlibet pars q. tativa sortis est aliquid hominis: tota hec
propositio est vera equipollet huic quâlibet pars q. tati
uabulnis propositionis est vera totum istud lignum con
buritur equallet isti: omne q. tum istius ligni comburit:
vel ut prius quâlibet pars integralis istius ligni comburi
tur. Non. n. volo dicere q. ly totum toti propositioni pre
posituz possit indifferenter sumi cathegorematicè vel syn
cathegorematicè sicut nec ly omnis vel omne: nullus vel
nullum cum toti propositioni preponitur. **Nullus. n. di**
ceret q. hec propositio: omnis homo est animal esset du
bitabilis vel distinguēda: et q. posset esse vera vel falsa sic
significando indefinita vel vniuersalis et c. ymo cum pre
ponitur sine quacunq. distinctione conceditur: et hoc non
omnis homo: homo est animal continue negatur. **Eo**
dem modo dico ad binōi propositiones determinatas p.
ly totus tota totum q. cum proponuntur sine distinctione
aliqua respondetur. **Ex isto infero primo veritatem ta**
lium propositionum. Totus sortes est minor sortis. Totus
sortis est pars sortis. Totus sortes est aliquid hominis. Tota
a propositio est dictio vel sillaba: sit. a. illa homo ē. Totus
sortes aliqua sui parte ē minor. Totus sortis aliqua sui par
te est maior. Totus sortis alicui sui parti ē equalis: et sic de
infinitis quarum quâlibet est vera ut patet per sua cōuer
tibilita prius nominata. **Secundo infero falsitates taliu**
propositionum. Totum q. est in mūdo est in oculo tuo
vel in bursa tua. Tota distinctiua est vera: cuius altera ps
est vera. Totus sortis est homo vel animal. Totum subtz
propositionis vniuersalis distribuitur. Totum subiectuz
propositionis exclusiue stat. confuse tñ. Totum predica
tum vniuersalis affirmatiue vel indefinite affirmatiue stat
confuse tñ vel determinate. **Hec oia sunt falsa ut p.:**
Prima significat q. omne q. tum quod est in mūdo est
in oculo tuo vel in bursa tua quod est falsum: quia nec ce
lum nec angla nec aliquis homo ē in oculo tuo nec i bur
sa tua: **Secunda significat q. quâlibet pars disunctiue est**
vera cuius altera pars est vera quod iteram est falsum:
quia b tu es asinus est pars disunctiue et tamen ipsa non
est vera cuius altera est vera. **Negatur etiam q. tota dis**
unctiua cuius altera pars est vera est vera: quia non que
libet pars disunctiue cuius altera pars est vera est vera:

quia b tu es asinus est pars disunctiue cuius altera pars
est vera et tamen ipsa est falsa: **Tertia propositio significat**
q. quâlibet pars q. tativa sortis est homo vel animal q. b
iterum est falsum: quia tam pes q. manus est pars q. tati
tina sortis et tamen nō est homo nec animal: **Quarta pro**
positio consimiliter est falsa: quia non quâlibet pars q. tati
tina subiecti propositionis vniuersalis distribuitur ut sunt
littere vel syllabe que non distribuuntur **Et sic patz quid**
ad alias duas est dicendum.

Contra quedam dicta arguitur et pmo
probando hanc eē fal
faz totus sortes est pars sortis: quia sequitur totus sortes
est pars sortis sed omnis sortis est homo ergo totus homo
est pars sortis. consequentia bona q. arguitur ab inferiori ad
superius affirmatiue et cōsequens est falsum: igitur
et antecedens nō minor igitur maior: q. antecedens sit fal
sum patet: quia non quâlibet pars q. tativa hominis est
pars sortis multe ymo infinite sunt partes q. tative pla
tonis que non sunt partes sortis. **Secundo arguitur pro**
bando illam esse falsam: totus sortis est minor sorte: q. non
quâlibet pars q. tativa sortis est minor sorte. ergo non totus
sortis est minor sorte. patet consequentia et antecedens proba
tur: nam materia sortis que est altera pars compositi est ps
q. tativa: quia longa lata et profunda concurrēs ad com
positionē corporis q. tati et tamen non est minor sorte. igitur et c.
Tertio probatur hanc esse veram totus sortis est sortis. ho
mo vel animal: nam aliqua pars sortis est sortis. Et non ē ma
ior ratio de vna q. de qualibet: igitur quâlibet pars sortis ē
sortis. patet consequentia et antecedens probatur: pro maio
ri parte non pars sortis potest esse sortis sed nulla pars sortis po
test esse aliud q. iam est ergo et iam est sortis. antecedens p. z
in casu cōiuncti signando totum residuum sortis. p. ter digi
tum qui desinat esse pars sortis. per positionem de presenti
tunc noto illud residuum a digito per. a. et arguo sic: ime
diate post hoc. a. erit sortis. et. a. est pars sortis. igitur pars sortis
erit sortis. antecedens sic pbat. a. est pposituz ex materia re
sidua a digito et anima intellectiua est sortis. immediate post
hoc erit compositum ex illa materia et illa forma igitur et c.
In eodem casu potest probari q. pars sortis est sortis. quia. a.
est sortis. et. a. est pars sortis. igitur pars. a. sortis ē sortis. consequē
tia patet et maior probatur. **Nam. a. est homo q. est com**
positum ex corpore et anima intellectiua et non alius ho
mo q. sortes igitur et c.

Ad hec omnia respondetur. **Ad primū**
nego consequentiam: quia
licet arguitur euz medio affirmatiue arguitur tamē cum di
stributione precedente superius: eo q. ille terminus homo
stat in consequente confuse et distributiue non in recto sed
in obliquo: vnde obseruande sunt hec regule que obser
uantur in alijs signis distributiuis. **Prima est q. ab in**
feriori ad superius distributuz per ly totum nō va
let argumentum: vnde non sequitur totus sortis est aliquid
sortis. igitur totus homo vel totus animal ē aliquid sortis. quia
tunc oportet concedere q. quâlibet pars asini vel equi eēt
aliquid sortis. quod est falsum. **Secunda regula a super**
iori distributo per ly totum ad superius inferius cum debi
to medio est bonum argumentum: sequitur enim totus
homo non est albus et sortis est ergo totus sortis non est albus.
Similiter sequitur totus homo est niger et plato est: igitur
totus plato est niger. **Tertia regula ab inferiori ad superius**
superius non distributum per ly totum cum debito me
dio est bonum argumentum: conceditur enim non totus
sortis cognoscitur a me et sortis est igitur non totus homo co
gnoscitur a me. **Non totum. a. lignum videtur a te et. a.**
lignum est vnum lignum: igitur non totum lignum vide
tur a te. **Ex isto sequitur. Quarta regula q. a superior**
non distributo per ly totum ad superius inferius non valet
argumentum: vnde non sequitur: non totus homo ē mi
nor sorte et sortes est homo: igitur non totus sortis est mi
nor sorte patet q. in casu antecedens est verum et conse
quens falsum. **Ad secundum argumentum nego q.**
non quâlibet pars quantitatiua sortis est minor sorte.

Et etiam nego q materia que est altera pars compositi 2 pars q̄titativa; vt h̄m̄di responsio intelligatur est notandum q̄ in sor. est duplex pars. s. qualitativa que est altera pars compositi vt p̄z tota illa materia cu3 qua componit̄ anima. Et q̄titativa que est minor: toto minore3 continēs materiam q̄ totum: que cum alia q̄titate constituit aliqd̄ totum q̄tum: quantum nulla est in potentia ad aliam: Ex hoc patet q̄ materia sor. vel eius corpus nō dicitur pars q̄titativa vel integralis: q̄ perfectibilis est per animam et in potentia respectu eiusdem non obstante q̄ ambo cōstituant corpus habens q̄titate. Cōsimiliter potest dici de materia eq̄ q̄ est q̄ta non tamen p̄z q̄titativa vel integralis: cum non sit minor: toto ymo actuatur per formā et est ipotentia respectu eiusdē sed precise vocatur pars qualitativa vel essentialis quare et̄. Ad tertium argumentum dīner si subtiliter respōdēt dicit enī primo vna respōsio ad casum distinguendo quid intelligis per totum residuum preter digitum: vel vnum compositum ex residuo a digito et anima intellectiva et sic casus est impossibilis: q̄ anima componit cu3 materia et cū nulla eius pte. Uel intelligis solum materiam residuam a digito non commiserando animam intellectivam: et tunc dicit q̄ sor. nūq̄ erit illa materia: et per consequens nec illud residuum a digito. Uerū tamen bene p̄ceditur q̄ sor. imediate post hoc erit compositus ex illa materia residua et illa anima et tamen iam sic nō est compositus. Et h̄ illa imediate post hoc componit cum alia materia q̄ tam componat tamen manebit idem compositum q̄ varietas materie non variat compositum: ymo si per ymaginationem illa anima componeretur cum arboze adhuc illud compositum eēt idēz homo qui nūc ē sor. 23 hec responsio sit subtilis ipa tamen ponit duo que non sunt p̄fice dicta. Primo. n. ponit q̄ anima intellectiva componit cum tota materia et cum nulla eius parte.

Contra quelibet pars dicte materie videtur ergo quelibet talis actuatur per formam: ergo forma informat et actuat quelibet partem et per consequens cum qualibet tali p̄ponit. Secundo dicit b̄ responsio q̄tūcūq̄ varietur materia hominis dummodo maneat eadem aia intellectiva semper est idē homo. Sed probō q̄ non: q̄ data ista responsione sequuntur due conclusiones impossibiles: prima est q̄ idem homo potest seipsum generare: probatur. Nam ex quo materia nō est de esse hominis ponatur q̄ sor. generet et perducatur fetum qui remaneat in utero vsq̄ ad instantis infusionis anime: tunc volo q̄ dens corruptat sor. et infundat animam eius illi corpori. Isto posito patet q̄ illud generatus est sor. et illud q̄ generat est sor. ex quo ad ydemptitatem numeralem sor. non requiritur nisi ydemptitas anime et non materie. Secunda conclusio ē ista sequens ex hac responsione: q̄ idem homo transibit paris vsq̄ romam et ibidē obiabit sibi ip̄s et cu3 seipso pugnabit demum reuertetur ad angliaz et dicet amicis quō sepeliuit seipsum romē: hec conclusio statim sequitur: supposito per ymaginationem q̄ eadē anima actuaret duas materias vnam romē et aliam parisijs quare et̄. Secunda responsio dicit q̄ sor. est pars sor. sed non idēz sor. est pars sui ipsius sed vnius alterius sortis: ita q̄ sortes est vnum ens per se compositum ex multis quorum quodlibet est sor. et quodlibet illorum est pars vnius sor. qui sic ē sortes q̄ nō est pars alterius sortis. Ita q̄ in isto casu. a. est sor. et pars sor. ymo infinita sunt in composito ex. a. et digito quorum quodlibet est sor. et pars sor. Et si ex hoc arguitur q̄ ly sor. sit terminus cōmunitis: quia vnica impossitione significat plures homines et de eisdem predicatur: negat consequentiam: dicunt enim q̄ ad hoc q̄ aliq̄ terminus sit cōis requiritur q̄ significet plura quoz vnu nō est ps alterius qualr non ē in p̄posito.

Contra istam responsionem arguitur sic: et sit. b. compositum ex. a. et digito quero ergo si. a. et b. sunt eiusdem speciei specialissime vel non. Si non et b. sit homo: igitur. a. nō est homo:

